



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

Vndecima causa. Præfigens undena forum ligat, atque relaxat. Tres
quæstiones undecimæ causæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

1 ¶ Gallia] In concilio impressu & aliquot Gratiani exemplaribus legitur, Gallicia. In aliis autem, & emendatoribus, atque in codice conciliorum Lucensi regio habetur, Galliciana provincia. Nam eo tempore Archiepiscopus Narbonensis, & eius provincia Episcopi ad synodum Tolosanam conveniebant, quod ex subscriptionibus Tolotani tertii apparet. In eo enim Nigetius Narbonensis metropolitanus, Sergius Episcopus Carcassensis, & Nebridius Episcopus Agathensis, & procuratores Magalonsis & Nemausensis Episcoporum subscribunt. Eisdem quoque metropolitani, & ipsius provincia Episcoporum subscriptiones in quarto & sexto Tolotani concilio impressu leguntur, & illa, quae in manuscriptis habentur, omittuntur.

2 ¶ Quinquagenarium] In variis editionibus huius concilii legitur, quinquarium. Verum in codice Lucensi regio, una Vaticana, & altera Bibliotheca Dominicana manuscripti, & vetustissimi exemplaribus Gratiani, & Burchardi, & Ivone est, quinquagenarium. Et hanc lectionem fecerat Innocentius III. in concilio Lateranensi, cum Apostolus, extra, de cons. & exalt.

C. IX. ¶ Sacerdotes ab Episcopis suis ultra modum non graventur.

Item Gregorius Episcopus Sicilia, lib. 11. epist. 20.

Relatum est nobis sanctae memoriae decessoris mei temporibus per servum Dei Diaconum, qui tunc ecclesiasticum patrimonium curam gessit, fuisse dispositum, ut sacerdotes per universas vestras dioceses constituti, quoties ad signandos infantes egredimini, ultra modum gravari minimè debuissent. Summa enim praefixa fuerat, vobis, ut audio, consentientibus, quae ab eisdem sacerdotibus pro labore clericorum dari debuisset. Atque hoc quod tunc placuit, sicut nunc dicitur, minimè custoditur. Unde fraternitatem vestram admono, ut subjectis vestris non graves studeatis existere.

C. X. ¶ Secundum loci medietatem Episcopi convivium parentur.

Item Pelagus Cresconus Illustris.

Illud a magnitudinem tuam minimè volumus ignorare, quod Syracusanæ civitatis Episcopus, inter alia, quae in cautionum suarum pagina spondidit, hoc etiam specialiter sub interpositione poenae legitime promississe legitur, nunquam se a quolibet suae diocesis Presbytero ultra duos solidos cathedratici nomine petiturum, nec per quamlibet aliam occasionem quidquam in eius se dispendio esse gesturum. Quod magnitudo tua, non solum à praedicto Episcopo, sed de omnium Episcoporum Siciliae personis competenti sollicitudine custodire non desinat, nec ipsa quoque prandia enormia fieri, sed secundum medietatem uniuscujusque loci Episcopo ad confirmationem venientis susceptionis preparari convivium: quia nec eo praetextu pauperibus incuti damna volumus, aut qualibet ratione permitimus.

CAUSA XI.

Clericus adversus clericum quaestione de praedictis agitavit, quem ad civilem iudicem producere volebat: reus non nisi ante iudicem ecclesiasticum stare posse: alter vero potentia civilis iudicis illum à possessione sua deiecit. Quo audito, Episcopus eum ab officio suspendit: ille contempnit Episcopi sententiam, officium suum administravit. Hoc comperto Episcopus sine se restitutionis in eum sententiam dedit.

- 1. Hic primum quaeritur, utrum clericus ante civilem iudicem sit producendus.
- 2. Secundo, si producendus non est, an hac culpa sit digna suspensio.
- 3. Tertio, si digna non fuerit, an contempnitore sententiae sui Episcopi irreparabiliter oporteat deponi.

a. Anst. l. 6. c. 171. Poly. l. 4. tit. 21.

QVAESTIO I.
Vod clericus apud saeculares iudices accusandus non sit. Cajus Papa epistola ad Felicem Episcopum, ca. 1. scribit, dicens.

C. I. ¶ Apud saecularem iudicem nullus clericus conveniatur.

Nemo unquam Episcopum apud iudicem saecularem aut alios a clericis accusare praesumat.

C. II. PALEA.

Nullus b. iudicem, neque Presbyterum, neque Diaconum, aut clericum ullum, aut iuniores ecclesiae sine licentia d. pontificis per se distringat, aut condemnare praesumat. Quod si fecerit, ab ecclesia cui imperiam irrogare dignoscitur, tamdiu sit sequestratus, quoad reatum suum agnoscat, & emendet.

¶ Apud Burchardum, & in aliquot Gratiani codicibus extra, hanc paleam habent, & in Decretalibus, tit. de foro competentis, c. 2. citatur ex concilio Parisiensi, c. 10. Verum in concilio Blomensi Troleiano, c. 6. refertur ex capitularibus, in quibus habetur, h. m. est. lib. 6. c. 154. & lib. 7. c. 139. Simile quid legitur in concilio Antipiscodorense, c. 43.

C. III. ¶ De eodem. Item Marcellinus c. Papa, epist. 2.

II. Clericum i. cujuslibet f. ordinis absque pontificis sui permisso nullus praesumat ad saecularem & iudicem attrahere: nec laico b. quemlibet clericum licet accusare.

¶ Clericum] In epistola Marcellini secunda, & concilio Aurelianensi 3. ubi hoc repetitur, & in Patrum omnia sic legitur, clericus cujuslibet ordinis absque pontificis sui permisso nullum praesumat, & c. Verum ob glossas, & citationes doctorum aliter est mutatum.

C. IV. ¶ Ab eis quibus iudicandus est, quos sui iudices elegerit.

Item ex Niceno concilio.

Iudices i. autem alii esse non debent, quam quos ipsi i. qui impetitur, elegerit, aut quos suo cum consensu sacrae sanctae sedes, aut eius primates auctoritate huius sacrae sedis delegaverint.

¶ In concilio Niceno hodie canon hic non habetur: sed fuisse plures canones illius concilii supra distincti, 6. cap. septuaginta, est adnotatum. Quorum partem refert Iulius in referendis concilio orientales, ubi numero 30. habetur hoc capitulum: & ex eo citatur in Burchardo.

C. V. ¶ Ad saecularia iudicia nullus clericus est pertrahendus.

Item Valentinianus, Theodosius, & Arcadius Imper. AAA.

Continua k. lege sancimus, ut nullus Episcoporum, vel eorum, qui ecclesiae necessitatibus serviunt, ad iudicia, siue ordinario, siue extraordinario, iudicium pertrahatur. Habent illi suos iudices, nec quidquam huius publicis est commune cum legibus. Item, ¶ Constantinus I. Imperator praefidens i. in sancta synodo, quae apud Nicenam congregata erat, cum querelam quorundam conspiceret coram se delatam, ait. Vos à nemine iudicari potestis: quia ad Dei solius iudicium referamini.

1. ¶ Praefidens] Quam humiliter ibi se offerit Constantinus docent Eusebius 2. lib. de vita ipsius, cap. 10. Socrates, lib. 1. cap. 2. Theodoretus l. 1. c. 7.

a. Atrétiq. b. Extra de foro competentis. Cap. lib. 6. c. 154. & l. 7. c. 139. Burch. l. 6. cap. 22. c. al. minimè. d. al. firmiter. al. permisso. e. Et in concilio Aurelianensi, cap. 31. f. Anst. l. 6. c. 22. Pann. l. 4. c. 31. g. al. saeculare iudicium. h. 297. Luca. i. Poly. l. 3. tit. 4. Pann. l. 4. c. 19. k. In eod. Theod. l. 6. tit. de epist. aud. c. ult. Anst. l. 3. c. 109. Poly. lib. 1. tit. 19. l. 12. g. 1. f. a. m. & 11. q. 1. sacerdotibus. Hist. ecclesiast. l. 10. c. 2. Rufinus militare.



C. VI. §. De eodem. PALEA.

Item ex concilio Matifonensi l. c. 3.

Nullus a clericis alium clericum ad iudicem seculari accusare, aut ad causam dicendam trahere quocunque modo presumat: sed omne negotium clericorum, aut in Episcopi sui, aut Presbyterorum cum Archidiaconi presentia finiatur. Quod si quis clericus hoc adimplere distulerit, si minor fuerit, uno minus de quadraginta ictus b: accipiat: si vero honoratior, triginta dierum inelusione mulctetur.

1. §. Aut in Episcopi sui] In concilio Matifonensi legitur, aut in Episcopi sui, aut in Presbyteri, aut in Archidiaconi presentia finiatur. verum in prima collectione decretalium Bernardi, tit. de foro competentis, c. 2. caput hoc refertur eodem modo atq; in hac palea.

C. VII. §. De eodem. PALEA.

Item Marcellinus i. epist. secunda; ad Episcopos Orientales.

Quæcumq; contentiones inter Christianos ortæ fuerint, ad ecclesiam deferantur, & ab ecclesiasticis viris terminentur: Et si 2. obedire noluerint, quousque obediant, à liminibus ecclesie excludantur.

1. §. Item Marcellinus] In vulgata citatur ex Bonifacio ad Episcopos Gallie, sed in aliquo vetustis legitur, Marcel. Est enim hoc caput in secunda epistola Marcellini, & ipsi tribuit Ivo: sicuti autem est, quod in vetustis Gratiani exemplaribus; & à Bernardi, & Trone citatur ex Bonifacio ad Episcopos Gallie, ut ibi etiam dicitur.

2. §. Et obedire] Hac usque ad finem non legitur in ipsa epistola: sicut tamen apud Bernhardum & Ivoem.

C. VIII. §. Neg. pro civili, neq. criminali causa?

Episcopus apud civilem iudicem producat.

Item Bonifacius ad Episcopos Gallie.

Nullus d' Episcopus; neq; pro civili, neq; pro criminali causa apud quemvis iudicem, siue civilem, siue militarem producat, vel exhibeat. Magistratus enim, qui hoc iurare ausus fuerit, amissionis cinguli condemnatione plectetur.

§. Item Marcellinus] sed, ut dictum est in proxima sequenti notione, in vetustis codicibus Gratiani, & apud Bernhardum, & Trone par. c. 277. tribuitur Bonifacio: & sic est mutatum. Et eadem habentur apud Iudicium antecessorem, novell. 123. cap. 16. quod nulli, nomine Bonifacii citantur, sceler evincere. Et Ivo eandem par. c. 277. hoc ipsum caput citat ex libro constitutionum, ad d. de immunitate verbis, que sunt apud Iulianum.

C. IX. §. Quilibet clericus non est in publico examinandus.

Item Sylvester Papa in synodo Romana, c. 14.

Testimonium a clericis ad versus laicum nemo recipiat: nec enim f. clericum quemlibet in publico examine presumat, nisi in ecclesia.

§. In synodo Romana sub Sylvestro, c. 14. & in Pannonia legitur eodem modo atq; apud Gratianum, ac propterea nihil est mutatum. Verum in epistolis quibusdam concilii habetur, Testimonium laici ad versus clericum nemo recipiat: Et eodem modo legitur in capitula Hadriani, c. 72. in concilio Tridentino, c. 4. & ex ipso apud Bernhardum & Trone.

Item Concilio libro: titulo de Episcopis & clericis Imperator Theodosius. [Nec honore, nec legibus Episcopos ad testimonium dicendum flagitetur.] §. Item dicitur, [Episcopum ad testimonium ad aliam admitti non decet. Nam & persona de honoratur B. & dignitas sacrosancta excepta h. consuetur.]

a. Baro. lib. 6. c. 1. b. al. i. lib. 6. c. 1. c. Baro. lib. 6. c. 1. d. An. nullus Episcopus. Cod. de Episc. & clericis. Burch. lib. 1. c. 1. f. 2. g. 2. h. 2. i. 2. j. 2. k. 2. l. 2. m. 2. n. 2. o. 2. p. 2. q. 2. r. 2. s. 2. t. 2. u. 2. v. 2. w. 2. x. 2. y. 2. z. 2. aa. 2. ab. 2. ac. 2. ad. 2. ae. 2. af. 2. ag. 2. ah. 2. ai. 2. aj. 2. ak. 2. al. 2. am. 2. an. 2. ao. 2. ap. 2. aq. 2. ar. 2. as. 2. at. 2. au. 2. av. 2. aw. 2. ax. 2. ay. 2. az. 2. ba. 2. bb. 2. bc. 2. bd. 2. be. 2. bf. 2. bg. 2. bh. 2. bi. 2. bj. 2. bk. 2. bl. 2. bm. 2. bn. 2. bo. 2. bp. 2. bq. 2. br. 2. bs. 2. bt. 2. bu. 2. bv. 2. bw. 2. bx. 2. by. 2. bz. 2. ca. 2. cb. 2. cc. 2. cd. 2. ce. 2. cf. 2. cg. 2. ch. 2. ci. 2. cj. 2. ck. 2. cl. 2. cm. 2. cn. 2. co. 2. cp. 2. cq. 2. cr. 2. cs. 2. ct. 2. cu. 2. cv. 2. cw. 2. cx. 2. cy. 2. cz. 2. da. 2. db. 2. dc. 2. dd. 2. de. 2. df. 2. dg. 2. dh. 2. di. 2. dj. 2. dk. 2. dl. 2. dm. 2. dn. 2. do. 2. dp. 2. dq. 2. dr. 2. ds. 2. dt. 2. du. 2. dv. 2. dw. 2. dx. 2. dy. 2. dz. 2. ea. 2. eb. 2. ec. 2. ed. 2. ee. 2. ef. 2. eg. 2. eh. 2. ei. 2. ej. 2. ek. 2. el. 2. em. 2. en. 2. eo. 2. ep. 2. eq. 2. er. 2. es. 2. et. 2. eu. 2. ev. 2. ew. 2. ex. 2. ey. 2. ez. 2. fa. 2. fb. 2. fc. 2. fd. 2. fe. 2. ff. 2. fg. 2. fh. 2. fi. 2. fj. 2. fk. 2. fl. 2. fm. 2. fn. 2. fo. 2. fp. 2. fq. 2. fr. 2. fs. 2. ft. 2. fu. 2. fv. 2. fw. 2. fx. 2. fy. 2. fz. 2. ga. 2. gb. 2. gc. 2. gd. 2. ge. 2. gf. 2. gg. 2. gh. 2. gi. 2. gj. 2. gk. 2. gl. 2. gm. 2. gn. 2. go. 2. gp. 2. gq. 2. gr. 2. gs. 2. gt. 2. gu. 2. gv. 2. gw. 2. gx. 2. gy. 2. gz. 2. ha. 2. hb. 2. hc. 2. hd. 2. he. 2. hf. 2. hg. 2. hh. 2. hi. 2. hj. 2. hk. 2. hl. 2. hm. 2. hn. 2. ho. 2. hp. 2. hq. 2. hr. 2. hs. 2. ht. 2. hu. 2. hv. 2. hw. 2. hx. 2. hy. 2. hz. 2. ia. 2. ib. 2. ic. 2. id. 2. ie. 2. if. 2. ig. 2. ih. 2. ii. 2. ij. 2. ik. 2. il. 2. im. 2. in. 2. io. 2. ip. 2. iq. 2. ir. 2. is. 2. it. 2. iu. 2. iv. 2. iw. 2. ix. 2. iy. 2. iz. 2. ja. 2. jb. 2. jc. 2. jd. 2. je. 2. jf. 2. jg. 2. jh. 2. ji. 2. jj. 2. jk. 2. jl. 2. jm. 2. jn. 2. jo. 2. jp. 2. jq. 2. jr. 2. js. 2. jt. 2. ju. 2. jv. 2. jw. 2. jx. 2. jy. 2. jz. 2. ka. 2. kb. 2. kc. 2. kd. 2. ke. 2. kf. 2. kg. 2. kh. 2. ki. 2. kj. 2. kl. 2. km. 2. kn. 2. ko. 2. kp. 2. kq. 2. kr. 2. ks. 2. kt. 2. ku. 2. kv. 2. kw. 2. kx. 2. ky. 2. kz. 2. la. 2. lb. 2. lc. 2. ld. 2. le. 2. lf. 2. lg. 2. lh. 2. li. 2. lj. 2. lk. 2. ll. 2. lm. 2. ln. 2. lo. 2. lp. 2. lq. 2. lr. 2. ls. 2. lt. 2. lu. 2. lv. 2. lw. 2. lx. 2. ly. 2. lz. 2. ma. 2. mb. 2. mc. 2. md. 2. me. 2. mf. 2. mg. 2. mh. 2. mi. 2. mj. 2. mk. 2. ml. 2. mn. 2. mo. 2. mp. 2. mq. 2. mr. 2. ms. 2. mt. 2. mu. 2. mv. 2. mw. 2. mx. 2. my. 2. mz. 2. na. 2. nb. 2. nc. 2. nd. 2. ne. 2. nf. 2. ng. 2. nh. 2. ni. 2. nj. 2. nk. 2. nl. 2. nm. 2. nn. 2. no. 2. np. 2. nq. 2. nr. 2. ns. 2. nt. 2. nu. 2. nv. 2. nw. 2. nx. 2. ny. 2. nz, 2. oa. 2. ob. 2. oc. 2. od. 2. oe. 2. of. 2. og. 2. oh. 2. oi. 2. oj. 2. ok. 2. ol. 2. om. 2. on. 2. oo. 2. op. 2. oq. 2. or. 2. os. 2. ot. 2. ou. 2. ov. 2. ow. 2. ox. 2. oy. 2. oz, 2. pa. 2. pb. 2. pc. 2. pd. 2. pe. 2. pf. 2. pg. 2. ph. 2. pi. 2. pj. 2. pk. 2. pl. 2. pm. 2. pn. 2. po. 2. pp. 2. pq. 2. pr. 2. ps. 2. pt. 2. pu. 2. pv. 2. pw. 2. px. 2. py. 2. pz, 2. qa. 2. qb. 2. qc. 2. qd. 2. qe. 2. qf. 2. qg. 2. qh. 2. qi. 2. qj. 2. qk. 2. ql. 2. qm. 2. qn. 2. qo. 2. qp. 2. qq. 2. qr. 2. qs. 2. qt. 2. qu. 2. qv. 2. qw. 2. qx. 2. qy. 2. qz, 2. ra. 2. rb. 2. rc. 2. rd. 2. re. 2. rf. 2. rg. 2. rh. 2. ri. 2. rj. 2. rk. 2. rl. 2. rm. 2. rn. 2. ro. 2. rp. 2. rq. 2. rr. 2. rs. 2. rt. 2. ru. 2. rv. 2. rw. 2. rx. 2. ry. 2. rz, 2. sa. 2. sb. 2. sc. 2. sd. 2. se. 2. sf. 2. sg. 2. sh. 2. si. 2. sj. 2. sk. 2. sl. 2. sm. 2. sn. 2. so. 2. sp. 2. sq. 2. sr. 2. ss. 2. st. 2. su. 2. sv. 2. sw. 2. sx. 2. sy. 2. sz, 2. ta. 2. tb. 2. tc. 2. td. 2. te. 2. tf. 2. tg. 2. th. 2. ti. 2. tj. 2. tk. 2. tl. 2. tm. 2. tn. 2. to. 2. tp. 2. tq. 2. tr. 2. ts. 2. tt. 2. tu. 2. tv. 2. tw. 2. tx. 2. ty. 2. tz, 2. ua. 2. ub. 2. uc. 2. ud. 2. ue. 2. uf. 2. ug. 2. uh. 2. ui. 2. uj. 2. uk. 2. ul. 2. um. 2. un. 2. uo. 2. up. 2. uq. 2. ur. 2. us. 2. ut. 2. uu. 2. uv. 2. uw. 2. ux. 2. uy. 2. uz, 2. va. 2. vb. 2. vc. 2. vd. 2. ve. 2. vf. 2. vg. 2. vh. 2. vi. 2. vj. 2. vk. 2. vl. 2. vm. 2. vn. 2. vo. 2. vp. 2. vq. 2. vr. 2. vs. 2. vt. 2. vu. 2. vv. 2. vw. 2. vx. 2. vy. 2. vz, 2. wa. 2. wb. 2. wc. 2. wd. 2. we. 2. wf. 2. wg. 2. wh. 2. wi. 2. wj. 2. wk. 2. wl. 2. wm. 2. wn. 2. wo. 2. wp. 2. wq. 2. wr. 2. ws. 2. wt. 2. wu. 2. wv. 2. ww. 2. wx. 2. wy. 2. wz, 2. xa. 2. xb. 2. xc. 2. xd. 2. xe. 2. xf. 2. xg. 2. xh. 2. xi. 2. xj. 2. xk. 2. xl. 2. xm. 2. xn. 2. xo. 2. xp. 2. xq. 2. xr. 2. xs. 2. xt. 2. xu. 2. xv. 2. xw. 2. xx. 2. xy. 2. xz, 2. ya. 2. yb. 2. yc. 2. yd. 2. ye. 2. yf. 2. yg. 2. yh. 2. yi. 2. yj. 2. yk. 2. yl. 2. ym. 2. yn. 2. yo. 2. yp. 2. yq. 2. yr. 2. ys. 2. yt. 2. yu. 2. yv. 2. yw. 2. yx. 2. yy. 2. yz, 2. za. 2. zb. 2. zc. 2. zd. 2. ze. 2. zf. 2. zg. 2. zh. 2. zi. 2. zj. 2. zk. 2. zl. 2. zm. 2. zn. 2. zo. 2. zp. 2. zq. 2. zr. 2. zs. 2. zt. 2. zu. 2. zv. 2. zw. 2. zx. 2. zy. 2. zz.

Novella constitutio a.

[Episcopus non flagitetur ad testimonium iurejurando 1, sed Evangelii tantum coram positus.] §. Item [Sed b iudex mittat ad eum ex sui ministerio, ut propositum sacrosanctum Evangelium, secundum quod decet sacerdotes, dicat qua veritate.]

1. §. Iurejurando] Dicitur hac non est in novella. Et verba Græca, que ad hoc faciunt, sunt hæc, ἰδὲ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ ἐπίσημα τὰς τῶν φιλεσότητος ἐπισκόπων ἀνάγκην εἶναι δικασθεῖν τοῦ εὐαγγελίου ἐπὶ τῷ νόμῳ μαρτυροῦν. id est, Præterea nulli magistratum licebit Dei amantissimos Episcopos cogere, ut perhibendi testimonii causa in jus prodeant.

C. X. §. Clericus ad civilem iudicem clericum perducens, anathema sit.

Item Sylvester in epistolo concilio Romani.

Si quis clericus accusans clericum in curiam introierit, anathema sit.

Subaudiendum est, si publicorum iudiciorum cognitionem petierit: Episcopale namq; iudicium nihil obest ab Imperatore postulare.

C. XI. §. Proprio privetur honore publici iudicii cognitionem ab Imperatore postulantes.

Unde in Carthaginensi Concilio VII. c. legitur.

Placuit, ut quicumque ab Imperatore cognitionem publicorum iudiciorum petierit, honore proprio privetur. Si autem Episcopale iudicium ab Imperatore postulaverit, nihil ei obstat.

Sic & sequentes auctoritates intelligende sunt; quibus clericorum causas non nisi clerici cognoscere iubentur.

§. In antiquis etiam codicibus videtur Carthaginense octavum, quo nomine videtur significari concilium Milevitanum, in quo caput hoc extat, cap. 19.

C. XII. §. A seculari iudice clericus non est audiendus.

Unde Gelasius Papa scribit Egebia d' comiti.

Christianis gratum semper debet esse, quod ab eorum possit dignitate præstandum: quia Deo ferventibus beneficium negare non convenit. Sylvester itaque Faustianus, qui se à cunabulis clericos confitentur, à Theodora se opprimi per violentiam, conqueuntur: quia dicunt se ingenitos, atq; Deo auctore, primæ conditionis nexibus absolutos in formem deterrimam iterum servitutis addidi, & per auctoritatem regiam, contra leges publicas, cum clericali iungulo tenerentur adstricti; per Archidiaconum urbis Grumentinæ esse conventos; cum constet eum, qui coelestem militem pulsat, non nisi ejus forum debere sectari. Et ideo, dilecte filii, depenso salutationis affectu, supradictos clericos tibi commendo, ut si ad delegatorum iudicium eorum adversarii f. venire contempserint, sublimitatis tue tuitione vallerent: ne quid illis, aut susceptio, aut inimicæ legibus violentia, necessitatis imponat: quia, qui iudicium refugit, apparet eum de iustitia distans.

C. XII. §. Non nisi ad Episcoporum iudicium clericus vocetur.

Idem Griffo g. Sabino Episcopo.

Sylvester b. & Faustianus ecclesie Grumentinæ clerici, lachrymosa nobis insinuatione conquesti sunt; libertatem sibi Domini sui benignitate concessam, hæredum ejus oppressionem pulsari; sibi que in clericatus officio penè à cunabulis servientibus, etiam manumissore vivente, in eodem actu nihilominus constitutis, divinis ministeriis impendere servitium non licere;

a. Novell. 123. §. præterea nulli: apud Iulianum novell. 123. c. 9. b. An. sed iudex. Cod. de Episc. & cler. c. In Milevi. 100. cap. 19. & in Afric. 71. d. al. Zeri. c. Insi. en. Sylvest. f. al. adversarii venire contempserit: g. al. Griffo. h. An. l. 6. c. 108. i. mysterii.



nentes aliquos suis Episcopis, aut clericis aliis, omnino cadant de proprio gradu.

C. XXII. ¶ Clerici conspirantes, proprio amisso gradu, retrahantur in carcerem: ceteri excommunicentur.

Item Calixtus Papa Episcopus Gallia, epist. 2.

Conspirationum: & crimina vestris in partibus viget audivimus, & plebes contra Episcopos suos conspirare nobis manifestum est: cujus criminis astutia non solum inter Christianos, abominabilis est, sed etiam inter ethnicos, & ab ceteris legibus prohibita. Et idcirco hujus criminis reos non solum ecclesiasticæ, sed etiam sæculi damnant leges: & non solum conspirantes, sed etiam consentientes eis. Antecessores verò nostrorum plurima turba Episcoporum, quicumque eorum in sacerdotali honore sunt positi, aut existunt clerici, honore quo ununtur, carere præceperunt: ceteros vero communione privati, & ab ecclesiæ extortes fieri jussunt, omnesque simul utriusque ordinis viros infames esse censuerunt, & non solum facientes, sed & eis consentientes.

C. XXIII. ¶ Clerici aut monachi conjurantes, proprio priventur honore.

Item ex concilio Chalcedonensi, c. 18.

Si qui clerici, aut monachi reperti fuerint conjurantes, aut conspirantes, aut insidias ponentes Episcopis, aut clericis, a gradu proprio penitus abiciantur.

¶ Hic canon est par canon 18. Concilii Chalcedonensis, qui paulo ante, conjurationem, integer ex alio refertur versione.

C. XXIV. ¶ De eodem.

Item ex concilio Toletano.

Si clerici aut monachi inventi fuerint conspirantes, aut per conjurationem calumniam machinantes Episcopis vel clericis, propriam amittant gradum.

¶ Ivo etiam, & auditor Polycarpi citat ex Toletano: sed in nullo invenitur, & est idem canon cum priore, verbis tantum mutata.

C. XXV. ¶ De eodem.

Item ex concilio Aurelianensi III. c. 27.

Si qui clericorum (ut nuper multis locis per superbiam, diabolo instigante, actum fuisse perperatit) rebeli auctoritate se in unum conjuratione intercedente collegerint, & aut sacramenta inter se data, aut chartulam conscriptam fuisse patuerit, nullis exculpationibus hæc præsumptio elabatur: sed re detecta, cum in synodum ventum fuerit, in præsumptis juxta personarum & ordinum qualitatem, à Pontificibus, qui tunc in unum collecti fuerint, vindicetur: quia sicut charitas ex præceptis divinis & corde, non chartulæ conscriptione, vel conjurationibus est exhibenda, ita quæ supra sacras admittuntur scripturas, auctoritate & districtione Pontificali sunt reprimenda.

C. XXVI. ¶ Inter clericos & laicos causa extorta ab Episcopis audiatur.

Item Innocentius Papa ad Viterbianum Rothomagensis, epist. 2. c. 3.

Si quæ causæ, vel contentiones inter clericos, vel inter clericos & clericos, tam superioris ordinis, quam etiam inferioris fuerint extortæ: placuit, ut secundum synodum Nicenam, congregatis omnibus, e ejusdem provincie Episcopis, iudicium terminetur.

¶ Vel inter.] Sic in decisione conciliorum tribus torni. In

a Pape, lib. 2. tit. 30. *Ans.* lib. 6. tit. 6. *Burch.* lib. 1. c. 64. *Ivo* p. 12. c. 46. & part. 6. c. 366. *b* al. cadere. *c* Sup. ead. conjurationum. *Pape* lib. 4. tit. 24. *Burch.* lib. 1. c. 61. *Ivo* p. 12. c. 87. *d* al. ex clericis. *c* Pape, ib. *Burch.* lib. 1. c. 69. *Ivo* p. 12. c. 87. *Ans.* lib. 3. c. 18. *f* al. prævalere. *g* al. Dominici. *h* al. quod amittuntur. *i* *Cap.* lib. 1. c. 27. *Ans.* lib. 3. c. 53. *k* abest à veritate conjurationis editionibus.

illa autem quatuor temporum absint hæc, vel inter laicos & clericos. In Gratiani codicibus legatur, contentiones inter clericos & laicos.

2 ¶ Iudicium.] In aliquot editionibus ipsius epistole, apud Anselmum, in Capitularibus, & in epistola Nicolai Episcopi Galia, in appendice bibliothecæ sanctorum Patrum, in qua caput hoc refertur, legitur, iurgium.

Gem ergo his omnibus auctoritatibus clerici ante civilem iudicium denegentur producendi, cum (nisi prius depositi, vel nudati fuerint) curie non sint representandi, pater, quod ad secularia iudicia clerici non sunt pertrahendi.

2 pars. Hic ita respondetur. Clerici ex officio Episcopo sunt suppositi: ex possessionibus prædiorum Imperatori sunt obnoxii. Ab Episcopo unctio, decimationes, & primitias accipiunt: ab Imperatore verò prædiorum possessiones nanciscuntur. Unde Augustinus ait super Joannem. [Quo a iure villas defendi dicitur, an humano?] require in principio, ubi differentia signatur inter jus naturale, & jus constitutionis. Quia ergo, ut prædicia possideantur, Imperialis lege factum est, pater, quod clerici ex prædiorum possessionibus Imperatori sunt obnoxii.

C. XXVII. ¶ Imperatori tributum ecclesia denegare non debet.

Item Ambrosius contra Auxantium, in oratione de tractandis basilicis.

Si tributum petit Imperator, non negamus, agri ecclesiæ solvunt tributum. Si agros desiderat Imperator, potestatem habet vindicandorum. Ac paucis interjectis. ¶ Tollant eos, si libitum est: Imperatori non dono, sed non nego.

C. XXVIII. ¶ Potestatibus tributa non sunt deneganda.

Idem in commentariis ad c. 1. Luca, lib. 4. c. pensit.

Magnum quidem est, & spirituale documentum, quo Christiani viri sublimioribus potestatibus docentur debere esse subiecti: ne quis constitutionem terreni Regis putet esse solvendam. Si enim censum d' Dei filius solvit, quis tu tantus es, qui non putes esse solvendum?

Item Apostolus e: [Omnis anima sublimioribus potestatibus subdita sit.] item Petrus f. Apostolus generaliter omnibus fidelibus scribit: [Estote subditi Domini vestri, sive Regi, quasi præcellenti, sive Ducibus, tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum.]

C. XXIX. ¶ De secularibus negotiis Episcopus cognoscere non debet.

Item ex epistola Clementis ad Iacobum fratrem Domini.

Te quidem oportet irreprehensibiliter vivere, & summo studio niti, ut omnes vitæ hujus occupationes abijcias: ne fidei iussor existas: ne advocatus litium fias: ne in ulla aliqua occupatione profus inveniariis mundialis negotii occasione perplexus. Neque enim iudicem, aut cognitorem secularium negotiorum hodie ordinare vult Christus: ne profocatus presentibus hominum curis, non possis verbo Dei vacare, & secundum veritatis regulam fecerere bonos à malis. Ista namque opera, quæ tibi minus congruere superius exposuimus, exhibeant sibi invicem vacantes t' laici: & te nemo occupet ab his studiis, per quæ salus omnibus datur.

¶ Vacantes laici.] In epistola Clementis legitur, discentes, id est, laici: sed Gratianus etiam infra post paleam, clericus nullum. eodem modo legitur, atq. hic.

C. XXX. ¶ In his, quæ ad communis vite usum pertinent, laici sibi invicem operam dent.

Item ibidem continetur.

a Dist. 8. quo iure. *b* l. s. epistolarum post epist. 32. *c* al. solvant. *d* Marc. 12. *e* Rom. 13. *f* 1. Pet. 2. *g* Inducitur Petrus loquens Clementi.

Sicut enim tibi impietatis crimen est, neglectis verbi Dei studiis, sollicitudines suscipere faculares: ita & unicuique laicorum peccatum est, nisi invicem sibi etiam in his, quae ad communis vitae usum pertinent, operam fideliter dederint. Te vero securam facere ex his, quibus non debes instare, omnes communiter elaborent. Quod si forte à semetipsis hoc laici non intelligunt, per Diaconos edocendi sunt, ut tibi solius ecclesiae sollicitudines derelinquant.

Ex his omnibus datur intelligi, quod in civili causa clericus ante civilem iudicem conveniendus est. Sicut enim ecclesiasticum legum ecclesiasticus iudex est administrator, ita & civilium non nisi civilis debet esse executor. Sicut enim ille, solus habet jus interpretandi canones, qui habet potestatem condemnandi eos: ita ille solus civilium legum debet esse interpret, qui eum ius, & auctoritatem imperat. In criminali vero causa non nisi ante Episcopum est clericus examinandus. Et hoc est illud, quod legibus & canonibus supra definitum est, ut in criminali videlicet causa, ante civilem iudicem nullus clericus producatur, nisi forte eum consensus Episcopi sui, vel eius, quando incorrigibiles inveniuntur, tunc detracto eius officio, curia tradenda sunt.

C. XXXI. ¶ Qui Episcopo insidatur, semotus à clero curia tradatur.

Unde Fabianus Papa ait epist. 2. Episcopis Orientalibus.

Statuimus b, ut si quis clericorum suis Episcopis infestus, aut insidiator fuerit, eosque criminari voluerit, aut conspirator fuerit, mox ante examinatum iudicium submotus à clero, curia tradatur, nisi diebus vitae suae deserviat, & infamis absque ulla restitutionis spe permaneat.

Quia ergo iste non in criminali, sed in civili causa clericum ante civilem iudicem produxit, non est iudicandus transgressor canonum, nec est dicendus portu accessore rem ad iudicem non suum, quia de civili causa non nisi iudex civilis cognoscere debet.

3 pars. Contra ea, quae in actoris defensione dicta sunt, verisimilia quidem videntur, sed pondere carent. Sacri enim canonibus & forensibus legibus, tam in civili quam in criminali causa clericus ad civilem iudicem pertrahendus negatur.

C. XXXII. ¶ Fratres apud Presbyteros iudicentur.

Unde in epistola prima Clementis ad Iacobum legitur.

Si d qui ex fratribus negotia habent inter se, apud cognitores saeculi non iudicentur: sed apud Presbyteros ecclesiae, quidquid illud est, dirimatur.

C. XXXIII. ¶ Nullus clericus propter aliquam causam inretur curiam.

Item Sylvester Papa in epistola e concilio Romani.

Nullus clericus, vel Diaconus, vel Presbyter propter quamlibet causam intret in curiam, nec ante iudicem civilem i causam dicere praesumat.

¶ Civilis ¶ In epistola Synodi Romanae sub Sylvestro, unde hoc videtur sumptum, legitur, cinctum, cingulo enim milites ac magistratus ab Imperatore donabantur.

C. XXXIV. ¶ Ecclesiasticum, non forense iudicium penitens expetat.

Item Leo Papa ad Rusticum, epist. 90. al. 92. c. 9.

Aliud g quidem est, debita iuste reposcere, aliud, propria peccationis amore contemnere. Sed illi citiorum veniam postulantem oportet etiam à multis licitis abstinere, dicente Apostolo h [Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt.] Unde si quis penitens

a Vocare ¶ org. b Anf. l. 7. c. 119. Poly. l. 4. tit. 31. c. al. pondere veritatis. d Poly. l. 5. tit. 1. l. 10 p. 6. c. 341. Anf. lib. 6. c. 112. e Et in conc. ipso, c. 16. f Pam. l. 4. c. 30. g Infra, de pen. dist. 1. c. aliud. h 1. Cor. 6.

habet causam, quam negligere forte non debeat, melius expetit ecclesiasticam, quam forense iudicium.

¶ Non aut propter criminale tantum, sed generaliter propter quaelibet causam, tam civilem, quam criminalem intelligenti.

C. XXXV. ¶ Cuiuslibet sacrosanctae sedis iudicium iudicium est.

¶ Unde Theodosius Imperator. a.

Quicunque litem habens, sive possessor, sive petitor fuerit, vel in b initio litis, vel decursis temporum curiis, sive cum negotium peroratur, sive cum iam coeperit promi sententia, iudicium elegerit sacrosanctae sedis Antistitis, illico sine aliqua dibratione, etiamsi alia pars refragatur, ad Episcoporum d iudicium cum sermone litigantium i dirigantur.

¶ Dirigantur ¶ In Cod. Theodosiano, lib. 16. tit. de Episcopali iudicio. l. 1. quae repetitur. l. 6. Capitul. c. 281. & in concilio Constantiensi sub Lothario, & apud Leonem. & Anselmum sequuntur haec: Multa enim quae in iudicio captivae praescriptionis iuricula non patiuntur, investigat, & promittit sacrosanctae religionis auctoritas, ac statim adnectitur cap. sequens, omnia itaque causa.

C. XXXVI. Item ibidem.

Omnes e itaque causae, quae vel pratorio iure, vel civili tractantur, Episcoporum sententia terminantur, perpetuo stabilitatis iure firmentur, nec ulterius liceat retractari negotium, quod Episcoporum sententia deciderit. ¶ Testimonium, etiam, ab uno licet Episcopo, perhibitum, omnes iudices indubitanter accipiant; nec alius audiatur, cum testimonium f Episcopi à qualibet parte fuerit repromissum. Illud est enim veritatis auctoritate firmatum, illud incorruptum, quod à sacrosancto homine conscientia mentis illibata protulerit. Hoc non edicto salubri aliquando censuimus: hoc perpetua lege firmamus, malitiosa litium, femina comprimentes.

¶ Haec si quae antiquata contendant, quia in Iustiniani codice non videntur ita inserta, per Carolum renovata cognoscat, qui in Capitularibus, l. 6. c. 281, ait inter cetera.

C. XXXVII.

Volumus g, atque praecipimus, ut omnes ditiones nostrae, Deo auxiliante, subiecti, tam Romani, quam Franci, Alemanni, Bavari, Burgundiones, Saxones, Thuringi, Frisones, Galli, Britones, Longobardi, Gothones, Beneventani, Gothi, Hispani, ceterique nobis subiecti omnes, quocumque videantur legis vinculo conficti, vel consuetudinario more connexi, hanc sententiam, quam ex sextodecimo Theodosii Imperatoris libro, capitulo videlicet undecimo, ad interrogata Ablarii Ducis, illi & omnibus rescriptam, i sumpsimus, & in ceteris nostris capitula, pro lege tenendam, consensu omnium fidelium nostrorum, tam clericorum, quam & laicorum posuimus, lege b cuncti perpetua teneant, id est, quicunque litem habens, sive possessor, sive petitor fuerit, sic [ut supra]

¶ Rescriptam sumpsimus ¶ Sic est emendatum ex rescripto. Antea legebatur, per scripturam misimus.

C. XXXVIII. ¶ Presbyter apud Episcopum tantum iudicari debet.

Item Gregorius lib. 11. epist. 34. Iammi defensori tuum in Hispaniam, monendo dicit.

De persona Presbyteri hoc attendendum est, quia si quam causam habuit, non ab alio teneat, sed

a Cod. Theod. l. 16. de Episcopali iudicio. l. 1. & quicunque, extra de iudic. c. novit. Capit. l. 6. c. 281. Anf. l. 3. c. 108. l. 10 p. 16. c. 312. b al. inter mita. c al. legis. d al. Episcopum cum. e Capit. lib. 11. Anf. lib. 11. c. 29. f al. restituitio. g Anf. lib. 11. h lege cunctis perpetua tenendam. ¶ orig. sup. ead. cap. quicunque i Anf. l. 3. c. 95. Novell. 123. & si quis contra. Episcopus



Episcopus ipsius adiri debuit: sicut novella constitutio manifestat, quæ loquitur de sanctissimis, & Deo amabilibus, ac reverendissimis Episcopis, clericis, & monachis, [Imp. Iustinianus Augustus Petro gloriosissimo præfatio in prætorio. Si quis contra aliquem clericum, aut monachum, aut Diaconissam, aut monastriam, aut ascetiam habeat aliquam actionem, doceat a prius sanctissimum Episcopum, cui horum unusquisque subjacet. Ille vero causam inter eos judicet. Et si quidem utraque pars his, quæ iudicata sunt, non acquieverit, 2. jubemus per loci iudicem hæc executioni perfectè mandari, &c.] Ne vero obijciatur, quia de clerico hoc loquitur non de Presbytero, sciendum est, quia superiùs in eadem constitutione lib. cod. 1. d. legitur appellatione clericorum etiam Presbyteros & Diaconos contineri. Verba autem legis ista sunt: [Presbyteros autem & Diaconos, & Subdiaconos, cantores, & lectores, quos omnes clericos appellamus, & reliqua.]

1. ¶ Præfatio prætorio] *Græcè est, μαχις παρ δὲ αὐτῶν πᾶσι δὲ δικαστῶν ἐστὶν, magistro divinum nostrorum officiorum.*

2. ¶ Non acquieverit.] *In Authentica de sanctiss. Episcopis, & apud Iulianum abest negatio.*

C. XXXIX. ¶ *Clericus clericum ad publica iudicia non pertrahat.*
Item Gregorius lib. 9. epist. 32. Romano defensori dicitur.

Pervenit ad nos, quòd si quis contra clericos quoslibet causam habeat, despectus eorum Episcopis, eisdem clericis in tuo facias iudicio exhiberi. Quod si ita est, quia valde constar esse incongruum, hæc tibi auctoritate præcipimus, ut denò hoc facere non præsumas: sed si quis contra quemlibet clericum causam habuerit, Episcopum ipsius adeat, ut aut ipse cognoscat, aut certè ab eo iudices deputentur, aut si forte ad arbitrio eundem est, partes ad eligendos & iudices ab ipso executioni deputata compellat. Si quis verò clericus vel laicus contra Episcopum causam habuerit, tunc te interponere debes, ut inter eos, aut ipse cognoscat, aut certè te admonente sibi iudices eligant. Nam si sua unicuique Episcopo iurisdictio non servatur, quid aliud agitur, nisi ut per nos, per quos ecclesiasticus custodiri debuit ordo, confundatur?

C. XL. ¶ *A laici iudiciis clericis non sunt opprimendi.*

Item Iamario Episcopo Caralitano, lib. 3. epist. 28.

Fratis & Coepiscopi nostri Felicis, & Cyriaci Abbatibus relatione cognovimus, quòd in insula Sardinia sacerdotes a laicis iudiciis opprimantur, & fraternitatem eorum ministri sui despiciant: dumque solum simplicitati vobis studeatur, quantum videmus, disciplina negligitur.

C. XLI. ¶ *Sacerdotes à Regibus sunt honorandi, non iudicandi.*

Item Gregorius Mavricio Imperatori, lib. 4. epist. 31. seu cap. 71.

Sacerdotibus si autem non ex terrena potestate Dominus noster citius indignetur, sed excellenti consideratione propter eum, cuius servi sunt, eis ita dominetur, ut etiam debitam reverentiam impendat. Nam in divinis & eloquiis sacerdotum aliquando Dii, aliquando Angeli vocantur. Nam & per Moysen de eo, qui ad iuramentum deducendus est, dicitur h: [Applique illum ad Deos; id est, ad sacerdotes. Et rursus scriptum est: [Dii non detrahens, scilicet sacerdotibus. Et

2. *Adm. orig. b. al. hoc. c. In eadem Æroell. 5. Presbyteri, apud Iulianum, c. 30. c. d. al. E. i. c. id est, ca. 11. novella. Anst. de sanctissimis Episcopis, Presbyteros. c. eligendum iudicem.] orig. f. Novellus epist. 7. ad Marcellinum Imper. c. 21. g. Exod. 22. h. ibidem.*

Propheta a ait: [Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum est.] Quid ergo mirum, si illos vestra pietas dignetur honorare, quibus in suo eloquio honorem tribuens, eos aut Angelos, aut Deos ipse etiam appellat Deus? Ecclesiastica quoque historia testatur, quia cum piæ memoriæ Constantino b Principi, scripto oblatæ accusationes contra Episcopos fuissent, libellos quidem accusationes accepit, & eosdem, qui accusari fuerant Episcopos convocans, in eorum conspectu libellos quos acceperat, incendit, dicens: Vos Dii estis, à vero Deo constituti. Ite, & inter vos causas vestras discutite: quia dignum non est, ut iudicemus Deos. In qua tamen sententia sibi magis ex humilitate, quam illis aliquid præstitit ex reverentia impensa. ¶ Ante eum quippe pagani in rep. Principes fuerunt, qui verum Deum nescientes, Deos ligneos & lapideos colebant, & tamen eorum sacerdotibus honorem maximum tribuebant. Quid ergo mirum, si Christianus Imperator veri Dei sacerdotes dignetur honorare, dum pagani, ut prædiximus, Principes honorem impendere sacerdotibus nõverunt, qui Dii ligneis & lapideis serviebant? Hæc t ergo non tantum specialiter, quantum generaliter pro omnibus asserimus sacerdotibus; quoniam adhuc nescimus, quis interribili iudicio Dei qualis futurus sit. Etenim Paulus egregius prædicator dicit c: [Nolite iudicare ante tempus, donec veniat Dominus, & reliqua.] Nam sunt multa, quæ de iudicio illius homines ignorant: quia fortasse, quæ vos laudatis, ille reprehendet, & quæ vos reprehenditis, ille laudabit.

1. ¶ Hæc ergo] *Sic etiam habet locus hic apud Nicolaum, epistola, cuius initium; proposueramus: sed in originali profectu hæc leguntur. Hæc ergo pierati Dominorum, non pro me, sed pro cunctis sacerdotibus suggero. Et multum in terjectis, quæ hic non referuntur, subdit: Nam adhuc nescimus, quis sibi, qualis sit, & Paulus egregius prædicator, &c. præfatq, omnino integrum illam locum legere, Apostolicæ libertati plenam.*

C. XLII. ¶ *Quia pena servatur clericis, clericum ad secularia iudicia pertrahens.*

Item ex concilio Milevitano.

Inolita d præsumptio usque adeò illicitis ausibus aditum patefecit, ut clerici concilios suos, relicto Pontifice suo, ad iudicia publica pertrahant. Proinde statui-mus hoc de cætero non præsumi. Si quis hoc præsumpserit facere, conventus: 1. & causam perdat, & à communionem efficiatur extraneus.

¶ *In concilio Milevitano, quòd habetur, nihil tale extat. Ex ipsa tamen citatur etiam ab Innocentio III. in c. si diligenti, extra, de foro compet. Habetur autem in Toletano 3. c. 13.*

1. ¶ **Conventus]** *Dicitur ista in nullo concilio exemplari, aut impresso, aut manuscripto esse inventa.*

C. XLIII. ¶ *Clericus apud civilem iudicem iudicari non debet.*

Item ex concilio Carthaginensi III. c. 9.

Placuit e, ut quisquis Episcoporum, Presbyterorum & Diaconorum, seu clericorum, cum in ecclesia ei crimen fuerit intentatum, vel civilis causa fuerit commota, si derelictis ecclesiastico iudicio, publicis iudiciis purgari voluerit, etiam si pro ipso fuerit prolata sententia, locum suum amittat. Et hoc in criminali actione. In civili vero perdat, quòd evicit, si locum suum obtinere maluerit: siquidem 1. ad eligendos iudices iniquè de ecclesiæ consortio iudicat, qui de universa ecclesia male sentiendo, de iudicio seculari poscit auxilium?

a. *Malach. 2. b. Sup. ead. c. continua. 5. Item Constantinus. E. Augustin. epist. 60. c. 1. Corinth. 4. d. In Tolet. 3. c. 13. Et in concil. apud Palatiis Vermis habito, c. 10. e. Ivo part. 6. cap. 362. 5. item placuit.*



C. L. ¶ In nullam transferatur personam res in litigio posita ante cognitionis eventum.

Unde Gelasius Papa Quinziesmo 1. Episcopo.

Quamvis personam, donec legitime cognitionis eventum, cui potius debeat, iudiciali dîscieptione possit agnoscere, ex eadem re quispiam non sinatur exigere pensiones: sed in eodem statu re eadem posita, in quo videtur (secundum est) ante constituta, quisquis sibi putat quidpiam posse competere, iuridico pulset examine præiudicis omnibus inde submotis.

¶ Quinquiesimo In antiquis exemplaribus partim est ista lex, partim Lucio partim L. partim quinquagesimo.

QVÆSTIO II.

¶ Videtur h. res culpa illa suspensione digna sit, ex capitulo illo Miletani concilii liquido constat. Si enim communio- nis privandus est, qui clericum ad civilem iudicem crediderit permissurum, multo magis suspensione dignus est, qui sui Episcopi iudicium interpellentem, ad iudicium saculare pertrahere non dubitavit.

QVÆSTIO III.

¶ Sed penatur, quod hanc culpa suspensione digna non fuerit, quæritur, utrum sit deponendus, qui officium contra prohibitionem Episcopi celebrare ausus est. Sed quod sententia Episcopi sine iusta, sine iniusta fuerit, timenda sit, Gregorius homin. 26. in Evangelia testatur dicens.

C. I. ¶ Timenda est sententia pastoris.

¶ Sententia pastoris, siue iusta, siue iniusta fuerit, timenda est. Ista præfati B. Gregorii verba leguntur 7. ead. c. non solum. vers. utrum iusti.

C. II. ¶ A suo Episcopo excommunicatus, non est ab alio recipiendus.

Item concilio Antiocheno c. 6.

¶ Si quis a proprio Episcopo excommunicatus est, non deum prius ab aliis debere suscipi, nisi aut a suo fuerit receptus Episcopo, aut concilio facto. Episcopis 1. occurrit & respondeat, & si synodo satisfecerit, quod & statuerit sub alia sententia eum recipi. Quod etiam circa laicos, & Presbyteros, & Diaconos, & omnes, qui in clero sunt, convenit observari.

¶ Episcopi Apud auctores indicatus prior tantum pars tantum casum refertur, & ex versione Dionysii, qua citam in toto hoc hoc in synodo est, aut certe (inquit) ad synodum, quæ congregatur, occurrens per se satisfaciat, & persuadens concilio, sententiam suscipiat alteram. Græcè etiam est, ut ait in synodo, ut ait in synodo, ut ait in synodo.

C. III. ¶ Excommunicatum meretur sententiam, quæ excommunicatum meretur.

Item Nicolaus Papa ad Lotharium Regem in epistola, cuius initium [Audito.]

Præcipue f. Gualdrade pellicis tua, & jam dudum a te repudiata communionem declinat: excommunicata est enim, & usque ad presentiam nostram ab omni Christianorum contubernio sequestrata. Quamobrem cavendum est, ne cum ea pari mucrone percellaris sententiæ, ac pro unius muliercule passione vindictis & obligatus ad peremere trahario exitium. Destitutus quippe in populis prelati delinquit: ac per hoc ipsi crudelitas, quam ceteri patiuntur, ac aut beatus Gregorius [Scire enim prelati debent, quia si per verba

a d. constituto laici. b sup. q. r. indita. c Ep. in Aquif. p. 1. 2. & Barb. lib. 11. c. 27. d d. statuerit statim. l. 1. p. 1. 2. & in. Pann. l. 9. c. 11. De ad. p. 4. f. Anfl. l. 3. c. 66. Regem Orm. l. 2. p. 3. c. 5.

unquam perpetrant, tot mortibus digni sunt, quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt. Unde necesse est, ut tanto se cautius a culpa custodiant, quanto per prava, quæ faciunt, non solum moriuntur. & 7. ¶ Ceterum præcave, ne quando nobis secundum Domini præceptum duos, aut tres testes adhibeamus, imò verò, ne hoc sanctæ ecclesiæ dicamus, & (quod non optamus) de cetero has cunctis sicut a ethnicis & publicanis.

¶ Sumptum est caput hoc ex epistola Nicolai, quæ incipit, Audito revertente nullo vestro. & extat Roma in monasterio Dominicanorum: est autem quasi in epitomen redactum, multis verbis omisissis. Huius epistola beneam partem refert Regium lib. 2. Chronicorum.

C. IV. ¶ De eodem.

Item ex concilio Sardicensi b. c. 17.

¶ Si Episcopus quis forte iracundus (quod esse non debet) cito & asperè commoveatur adversus Presbyterum, siue Diaconum suum, & exterminare eum de ecclesia voluerit, providendum est, ne innocens damnetur, aut perdat communionem. Et idè habet potestatem is, qui abiectione est, ut Episcopos finitimos interpellet, & causa ejus audiat, ac diligentius tractetur: quia non oportet ei negari audientiam roganti. Et ille Episcopus, qui aut iustus, aut iniustus eum abiecit, patienter accipiat, ut negotium discuratur: ut vel probeatur sententia ejus a plurimis, vel emendetur. Tamen, priusquam sounia diligenter & fideliter examinentur, eum qui fuerit a communione separatus, ante cognitionem nullus alius debet præsumere, ut communioni societ.

¶ Canon hic eodem serè modo refertur in concilio Africano, ca. 101. usque ad versic. Tamen. Sed Græcè Sardicensi, quod est decimus quartus, paulo copiosior est, & aliquot locis diversa etiam sententia. Propterea usum, est verba Græcæ cum versione nova apponere.

¶ Οτι ο επισκοπος ο επισημοσ τις η παρτις ανωθεν, διαπιστωσ οσα φειδα, εινε επισκοπος εχουσα ο εχουσος, οσαφ οσα φειδα ο ταυτα αιδε παλινοσται, η παρτις ατακω προσουτις, η διακονη κινηεις εν οαλιαν οαυληστας πω εηλησσι, σπρονηλου εσιν αδρον ταυ ηιστον ησπροσροσται, η της κωνωνιασ διαστροσται, παρτις ερησων. ο οαυαλοσ οησται εχουσια επι τοσ επισκοπον της μετροπολιωσ της αυτης επαρχιασ κηπεφυλας, εη ο της μετροπολιωσ απειν, επι ταυ ταυ ταυ κηρον κατασχειν, η αλιον, να μη απεισθιασ αυτω εχουσια τοσ πεισμε, η κηροσ μη κατασχειν της απεισθιασ ησ αλιον. κηαι ο η επισκοπος ο δικαιοσ η αδικαιοσ οαυαλοσ τον ποσταν, γαναιοσ φερων φειλα, να η εχουσια τοσ πεισμεσ, η κηροσ η αυτω, η απεισθιασ, η διορθιασ η ηη. σπιν η επιμελωσ η ηησπισωσ ενσται εχουσια, ορις εχων την κωνωνιασ οσ της διαγρωστωσ τοσ πεισμεσ, εαυτω οσα φειδασ οαυαλοσ την κωνωνιασ.

¶ Olius Episcopus dixit. Quod autem me undequaque commovet, tacere non debeo. Si quis Episcopus existat ad iracundiam proclivis (quod quidem a tali viro longe abesse debet) & cito adversus Presbyterum, vel Diaconum commotus, ex ecclesia quemlibet eicere voluerit, providendum est, ne is sepe in condemnationem, & communionis privetur. Omnes dixerunt. Qui episcopus, facultatem habeat confugiendi ad Episcopum metropolitani ipsius provincie: in atheni metropolitano ab his finitimum ad eundem, ac rogandi, ut ipsius causa diligenter cognoscatur. Minime enim deat antea non

a Mathus. b Econ. d. p. 1. c. 101. c Polyr. l. 7. tit. 2. c. 13. c. 71. l. 10. p. 4. c. 15. Pann. l. 5. c. 122.

præbere rogantibus. Et ille vero Episcopus, qui iure, vel injuria justum egerit, generose ferre debet causam cognoscere, ipsiusque sententiam vel confirmari, vel corrigi. Verum, priusquam diligenter ac fideliter singula quæque examinata fuerint, qui communionem non habet, ante causæ cognitionem non debet suo sibi iure communionem vindicare.

C. V. ¶ De eodem.

Item ex concilio Carthaginensi II. c. 3.

II. Si quis Presbyter ab Episcopo i suo correptus fuerit, debet utiq; apud vicinos Episcopos conquiri, ut ab ipsis ejus causa possit audiri, ac per ipsos suo Episcopo reconciliari. Quod nisi fecerit, sed superbia (quod absit) inflatus, fecerit, necnandum se ab Episcopi sui communionem duxerit, ac separatim cum aliquibus schisma faciens, sacrificium Deo obtulerit, anathema habeatur, & locum amittat. At 2 si querimoniam 3 justam habuerit adversus Episcopum, inquirendum est b.

1 ¶ Episcopo] In secundo Carthaginensi c. 2. cum Alipius proponit, ita legitur, Si quis forte Presbyter ab Episcopo suo correptus, aut excommunicatus. &c. Sed cum ab universo Episcopo canon fertur, loco Episcopi affertur nomen præpositi, & ita in Carthaginensi codice canonum, c. 11. legitur, à præposito suo correptus. Græcè est, & τῆ ἀγῶνῆς διὰ τὸ ἕξασθαι τὸν ἐπίσκοπον, id est, in sua e vitæ agenda ratione condemnatus fuerit. Burchardum autem & Ivonem conveniunt Græci.

2 ¶ At si] In codice canonum, & Carthaginensi Græco, & apud collectores nihil hic est interpositum. Verum in exemplaribus concilii impressi, & manuscriptis ante istam clausulam, hæc interponuntur. Nihilominus, & de civitate, & de congregatione, in qua fuerit, longius repellatur, ne vel ignorantes, vel simpliciter viventes serpentina fraude decipiat: quoniam secundum Apostolum d ecclesia una est, una fides, unum baptisma. Et si querimoniam, &c.

3 ¶ At si querimoniam] Locus hic ita habet apud Burchardum & Ivonem. Si querimoniam justam adversus Episcopum non habuerit inquirendum erit. Græcè est, ἐάν τις ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον ἢ διάκονον ἢ ἄλλο ἑκείνου ἐπιτίθειν, id est, hoc considerato, nunquid adversus Episcopum justam habeat expoſtulationem.

C. VI. ¶ De his qui damnati à synodo sacra ministeria contingunt.

Item ex concilio Antiocheno c. 4.

III. Si quis Episcopus damnatus 1 à synodo, vel Presbyter, aut Diaconus à suo Episcopo ausi fuerint aliquid de ministerio sacro contingere, sive Episcopus juxta præcedentem consuetudinem, sive Presbyter, aut Diaconus, nullo modo liceat ei, nec in alia synodo, restitutionis spem, aut locum habere satisfactionis: sed & communicantes ei omnes abici de ecclesia oportet, si & maxime, si postquam didicerint adversum memoratos prolatam fuisse sententiam, eisdem communicare tentaverint.

1 ¶ Damnatus] Græcè est, ἡγῶνισθῆναι. id est, depositus.

C. VII. ¶ Sine spe si reconciliationis, qui excommunicatus communicare præsumit.

Item ex concilio Martini Papæ c. 37.

IV. Si quis Episcopus in concilio excommunicatus fuerit, sive Presbyter, aut Diaconus à suo Episcopo, & post excommunicationem præsumperit, sive Episcopus ille, aut Presbyter, aut Diaconus facere oblationem, vel matutinum, aut vesperinum sacrificium,

a Burchard, lib. 2. c. 194. Ivo p. 6. c. 239. Anst. 12. cap. 33. Polyc. lib. 7. tit. 1. b al. erit. c al. in sua conversatione condemnatus. d Ephes. 4. e Et Aquil. c. 47. extra. de cler. exc. de p. c. 1. & 2. Nic. Papa epist. 3. Polyc. ibid. Burch. l. 1. cap. 199. Ivo part. 5. cap. 362. Anst. l. 12. c. 6. f abest à multis. g In capitulo Martini Bracarenſi.

quali in officio suo agere, sicut prius non liceat ei, nec in alio concilio spem reconciliationis habere, nec ultra recolligi a: sed etiam eos, qui ei communicaverint, omnes ab ecclesia recedat, maxime eos, qui sciebant, eum esse dejectum. Si autem permanserit turbans, & concitans ecclesiam per fornicem 1. potestatem, oportet eum sicut seditionarium ab omni plebe expelli.

1 ¶ Fornicem] In aliquo Gratiani & concilii editione est, foraticam. In canone quinto concilii Antiocheni, unde hoc sumptum est legitur, ἀγῶνισθῆναι ἐξ ἁγίας: qua Divisio fuerit, per potestates exteras.

C. VIII. ¶ De Episcopis, qui innocentes, aut minus casus culpabiles excommunicant.

Item ex concilio Agathensi b. c. 3.

Episcopi e, si sacerdotali moderatione postposita innocentes, aut minimis casibus culpabiles, excommunicare præsumperint, aut ad gratiam baptismatis 1 festinantes fortasse recipere noluerint, à vicinis Episcopis ejusdem d provincie literis moneantur: & si parere noluerint, communio illis usque ad tempus synodi aliquibus Episcopis denegatur. 2: ne forte propter excommunicationis f peccatum excommunicati longo tempore præveniatur.

1 ¶ Baptismatis] Sic etiam in manuscriptis, & distinet eam vocem agnoscunt. Verum ab omnibus editionibus conciliorum, & duobus codicibus Vaticanis, tam in concilio Agathensi, quam in Vormaciensi, c. 4. (ubi caput hoc repetitur) & à Burchardo & Ivone abest ea distinctio. Et cum hic de excommunicatione agatur, videtur esse locus eius tantum, qui sunt baptizati, & ad gratiam, id est, reconciliationem cum suo Episcopo festinant.

2 ¶ Denegatur] Sic habet Ivo, & Panormia, & antiquiores conciliorum editiones, & duo Vaticana exemplaria: videtur huic simile, quod legitur, sup. 6. q. 2. c. fin. sed in recentioribus editionibus est, non denegatur.

C. IX. ¶ De his qui tempore sua excommunicationis communicare præsumunt.

Item ex concilio Africano.

Placuit g universo concilio, ut qui excommunicatus fuerit pro suo neglectu, sive Episcopus, sive quilibet clericus, & tempore excommunicationis suæ aut auctoritatem communicare b præsumperit, ipse in se damnationis judicetur sententiam proculisse.

¶ In concilio, quod habet inferibitur Africanum, caput hoc non habetur: sed in Carthaginensi inserto in codice canonum, & in Ivo, c. 29. & refertur in quinta synodo, sessione 7. in epist. Virgini.

C. X. ¶ Deponantur Episcopi, qui excommunicati communicant.

Teugualdum & Treverensem, & Primatem Belgicæ provincie, & Guntharium Agrippinæ Colonia Archiepiscopos, coram nobis, & sancta synodo sub gestorum l insinuatione, qualiter causam Lotharii regis, & duarum mulierum ejus, Theibergæ scilicet, & Gualdrada, recognoverint, & judicaverint, scriptum super hoc propriis manibus roboratum offerentes, nihil se plus, vel minus, aut aliter egisse, ore proprio multis coram positis affirmantes, & sententiam, quam à sede Apostolica in Engeltrudem uxorem Busonis sanctissimi fratris nostri Mediolanensis Archiepiscopi Thado, & ceteri Coepiscopi nostri petiverant emittent-

a al. reconciliari. b Es in Vormac. c. 14. c Burch. l. 11. cap. 11. Ivo p. 14. cap. 16. & 81. Pan. l. 1. c. 128. d al. excommunicati. e al. parere. f al. excommunicatori. g vera lectio. 6. q. 2. i. f. paulo aliter apud. Burch. & Ivonem, c. 31. g Burch. lib. 1. c. 200. Ivo p. 5. c. 314. Anst. l. 12. c. 27. Polyc. l. 7. tit. 1. h al. communicationem. i In synodo Romana, c. 2. k al. Interrogandum, Ivo p. 1. c. 108. l al. suggestorum.



dam, & nos divino succensu zelo sub anathematis attestacione canonicè protuleramus, publicè se viva a voce violasse consentientes: in quibus omnibus invenimus excessisse, & æquitatis normam nequiter temerasse, omnium iudicamus sacerdotii officio manere penitus alienos, Sancti Spiritus iudicio, & B. Petri per nos auctoritate, Episcopos ex toto regimine consistere i definitos. Prædictis autem depositis licentiam concedimus ecclesiam ingrediendi, & communicandi, sicut laici, & loquendi suas utilitates, non autem turbas concitandi, vel scandalum sollicitandi, illis tribuimus facultatem. Quantum autem ad episcopale ministerium specialiter pertinet, nulla eis sit licentia contingendi: sicut nos eum sancta synodo jam decrevisse constat.

Capit. hinc citat ex Nicolao Episcopo & Archiepiscopo per Galliam, Italiam, Germaniam, atq; per universas provincias constituto. In qua epistola videtur retulisse, quid in concilio a se Roma habito, de Metensi synodo penitus abolenda, & depositione Thiergandi, & Guntharii statutum fuerit. De quo quidem concilio, & horum Episcoporum depositione, Regius lib. 2. Chronicorum accuratè hæc scribit. Interea Thiergandus, & Guntharius Archiepiscopi Romam profecti sunt, ea animi intentione, ut Regem innoxium prædicto facto demonstrarent, ac se cum cæteris Coepiscopis, Ecclesiastica atque Apostolica exercuisse decreta: stultitiz quidem elogio decorandi, qui illam Petri sedem aliquo pravo dogmate fallere posse arbitrati sunt, que nec se sefellit, nec ab aliqua hæresi unquam falli potuit. Itaque cum in præsentiam Nicolai Papæ venissent, libellum obtulerunt, in quo continebantur gesta synodalia, quæ in Mediomatrici Vrbe, & Aquas ab eis statuta fuerant. Qui cum à notario cum omnibus recitatus esset, interrogavit Pontifex, si hæc scripta verbis confirmarent? Responderunt inconveniens videri, ut quod propriis manibus roboraverant, verbis infirmare mallent. Et sic nec repulsa, nec admissa eorum assensione, iusti sunt ire ad hospitia sua, quousque revocarentur. Paucis interpositis diebus ad synodum, quam Papa congregaverat, sunt accessit: ubi eorum damnata & anathematizata sunt scripta, & ipsi omnibus adjudicantibus Episcopis, Presbyteris, & Diaconis, sunt depositi, & omni ecclesiastica dignitate privati.

¶ Consultere] In secundo capite concilii locus hic ita habet, consistere: Diffinitum, quod si juxta præcedentem consuetudinem tanquam Episcopi ausi fuerint aliquid de sacro ministerio contingere, nullo modo liceat eis, nec in alia synodo restitutionis spem, aut locum habere satisfactionis. Sed & communicantes eis, omnes abjici de ecclesia, & maxime, si posteaquam didicerint adversus memoratos prolata fuisse sententiâ, eisdem communicante tentaverint, & sunt verba sumpta ex capite, si quis Episcopus damnatus supra eadem, ex concilio Antiocheno.

C. XI. ¶ Clerici & laici, qui non obediunt Episcopis, infames efficiuntur.

Item Clemens episcopus ad omnibus Coepiscopis.

¶ Si autem vobis Episcopis, non obediunt omnes Presbyteri, Diaconi, ac Subdiaconi, & reliqui clerici, omnemque principes, tam majoris ordinis, quam inferioris, atque reliqui populi, non solum infames, sed & extorres à regno Dei, & consortio fidelium, ac à liminibus sanctæ Decelestis alieni erunt.

C. XII. ¶ In Christiano peccas, qui veritatis doctorem contristat.

¶ Item Petrus in ordinatione Clementis b. Quicumque contristaverit doctorem veritatis, peccat

a aluna. b Clemens episcopus ad Iacobum, & Alexander episcopus in concilio Aquiligr. cap. 9.

in Christum, & Patrem omnium exacerbat Deum, propter quod & vita carebit.

C. XIII. ¶ Simulata virtutum affectione, obedientia Episcopo non deinetur.

Item Ambrosius lib. 2. de officiis, c. 24.

V. ¶ Si quis verò non obediat Episcopo, extollere atque exaltare sese desiderans, quærens etiam obumbrare merita Episcopi simulata affectione b doctrinæ, aut humilitatis, aut misericordiæ, is à vero devius superbit: quoniam veritatis ea est regula, ut nihil facias commendandi tui causa, quo minor alius fiat: neque si quid boni habeas, id ad deformationem alterius, & vituperationem exerces. ¶ Non defendas improbum, & sancta indigno committenda: non arbitris. ¶ Neque iterum arguas d & impugnes eum, cuius crimen non deprehenderit.

C. XIV. ¶ Episcopo non obediens, demonum ore dicitur.

Item Anterus Papa Episcopi Hispania.

¶ Bst, ut quidquam sinistrum de his arbitremur e, qui Apostolico gradu succedentes, Christi corpus sacro ore conficiunt, per quos nos etiam Christiani sumus: qui claves regni celorum habentes, ante f iudicii diem iudicant. Veteri g quidem lege habetur: quicumque sacerdotibus non obtemperasset, aut extra castra positus, lapidabatur à populo, aut gladio cervicè subiecta, contemptum expiabat tuore h. Nunc verò inobediens spirituali animadversione truncatur, & eiectus ab ecclesia, tabido demonum ore dicitur.

C. XV. ¶ Quibus Papa est inimicus, hu nec loqui debemus.

Item Petrus in ordinatione Clementis.

¶ Inimicus est iste Clemens i alicui pro actibus suis, vos nolite expectare, ut ipse vobis dicat, &c. ut supra in tractatu ordinariorum, ubi agitur de obedientia minorum erga majores.

C. XVI. ¶ Excommunicatus est, qui excommunicatis communicat.

Item Fabianus Episcopus, epist. 1.

¶ Sicut k Apostoli statuerunt dicentes: [Cum excommunicatis non est communicandum: & si quis cum excommunicatis, averfando l regulas, scienter saltem i in domo semel locutus fuerit, vel oraverit, ille communionem privetur.]

¶ ¶ Saltem] In epistola Fabiani est, scienter pfallat in domo, aut simul locutus, &c. Sed in libro Gratiani videtur magis consentire cum canone Apostolico, et ms. δεκοσμωνηθη, scilicet & οὐκ οὐκ δεχεται, & οὐκ ἀφοιγετα, qua Dionysius vertit, Si quis cum excommunicato, saltem in domo, simul oraverit, ille communionem privetur.

C. XVII. ¶ De eodem.

Item Calixtus Papa episcopus ad cap. 2.

¶ Excommunicatos m quoscunque n à sacerdotibus, nullus recipiat ante utriusque partis iustam examinationem: nec cum eis in oratione, aut cibo, aut potu, aut ostulo communitur; nec Ave eis dicat: quia quicumque in his, vel aliis prohibitis, scienter excommunicatis communica verit, juxta Apostolorum institutionem, & ipse simili excommunicationi subiacet.

a al. affectatione. b al. affectatione. c al. committenda arbitrii. d al. urgeas. Hieronymus ad Heliodorum. e loquar. orig. f quodammodo ante. Hieronym. g Deuter. 17. h mutione. Hieronym. i Clemens episcopus ad Ant. l. 1. c. 6. l. v. p. 1. 4. c. 22. dist. 1. 93. si inimicus. Ca. apost. 11. Burch. l. 1. c. 35. Pam. l. 1. c. 95. k Poly. l. 7. tit. 1. Anst. l. 12. c. 14. l al. avertendo. m Burch. l. 1. c. 38. l. v. p. 1. 4. c. 23. & 102. n al. quosque.



C. XVIII. De eodem.

Item Isidorus in regula Monachorum, c. 18.

Ubi a excommunicato neque orare, neque loqui, nisi qua ad eandem excommunicationem pertinent nec vesce liceat. Si quis enim i cum eo aut palam, aut absconsis locutus fuerit, statim cum eo communem excommunicationis contrahet poenam.

¶ Prior pars huius capituli usque ad versum. Si quis enim habetur in regula sancti Isidori (qua missa est ex Hispania) c. 18. ex qua erat hoc Smaragdus, in expositione regule S. Benedicti, c. 26. excepta tamen ista clausula, nisi qua ad eandem excommunicationem pertinent, qua neque in regula B. Isidori legitur, neque apud Smaragdum. Est tamen apud Burchardum, & Ivonem.

¶ Si quis enim] Hac usque ad finem refert Smaragdus ex quodam magistro monachorum, quod restabit infra ead. c. si quis frater.

C. XIX. De eodem.

Item ex concilio Carthag. IV. cap. 73.

Qui b communicaverit, vel oraverit cum excommunicato, si laicus i est, excommunicetur, si clericus, deponatur.

¶ Si laicus] Ita apud Burchardum, & Ivonem par. 14. cap. 108. & in Passermania. Sed in concilio ipso cum variis codicibus collato, & apud Ivonem eadem parte, c. 28. legitur, si clericus, si laicus excommunicetur.

C. XX. Excommunicatorum nomina vicinis omnibus palam, & publice annuncientur.

Item ex decreto Honorii Papae.

Ubi e sit omnibus Episcopis, excommunicatorum omnino a nomina tam Episcopis vicinis, quam suis parochianis pariter indicare, eaque in celebri loco posita praecoribus ecclesiae cunctis convenientibus inculcare: quatenus in utraque diligentia, & excommunicationis ubique ecclesiasticus aditus, & excusationis causa omnibus auferatur.

¶ Burchardus etiam, Anselmus, & Ivo p. 14. c. 13. citant ex decreto Honorii: Sed idem Ivo eadem parte, c. 63. hoc ipsum tribuit Joanni octavo in concilio apud Ravennam.

¶ Verum hoc de nominatim excommunicatis intelligitur. Excommunicationis enim poenam dupliciter subimus, & dum reatum incurrimus, & dum sententia notamur.

C. XXI. Duobus modis aliqui satana traditur.

Unde Hieronymus in lib. Iud. homil. 3.

Ubi dicitur denique Apostolum dicentem de eo qui peccaverat: [Tradidi b inquit, huiusmodi hominem satanae in interitum carnis, ut spiritus salvus fiat.] Vides ergo, quia non solum per Apostolos suos tradidit Deus delinquentes in manus inimicorum, sed & per eos, qui ecclesiae praesident, & potestatem habent non solum solvendi, sed etiam ligandi, traduntur peccatores in interitum carnis, cum pro delictis suis a Christi corpore separantur. Et ut mihi videtur, dupliciter etiam nunc traduntur homines de ecclesia in potestatem diaboli. Uno modo quo superius diximus, cum delictum ejus manifestum sit ecclesiae, & per sacerdotes de ecclesia pellitur, ut notatus ab omnibus erubescat, & converso conveniat illi illud, quod sequitur, [ut i spiritus salvus fiat in deo Domini nostri IESU Christi.] Alio autem modo quis traditur diabolo, cum peccatum ejus manifestum non sit hominibus: Deus autem qui videt in occulto, percipiens ejus mentem & animam, vitis ac passionibus ferventem, & in corde ejus non a se diligi, sed avaritiam, aut libidinem, aut jactantiam, aut alia huiusmodi: istum talem ipse Dominus tradit satanae. Quomodo eum tradit satana? Dicitur a mente ejus, & avertit se, & refugit a cogitationibus ejus malis, & delictis indignis, & relinquunt dominum cordis ejus vacuum.

¶ In hoc & sequenti capite citatur B. Hieronymus, quod ipse has Origene homilias latinas fecit, sicut etiam supra, dist. 28. d. quae est adnotatum.

¶ Cum ergo per sententiam quis nominatim fuerit, cum eo conunicare non debemus. Cum autem solo reatu, occulte excommunicationis contraxerit poenam, non est ab ejus communione cassandum. Unde Dominus b in Evangelio tunc demum peccatores dixit habendum sicut ethnicum & publicanum, cum ecclesiam adire contempserint. Apostolus c quoque, non ait, si quis frater fornicator: sed [si quis frater nominatim fornicator, &c.] sententia nominatim intelligenda. Hinc etiam Urbanus Papa II. in mundo Episcopo. [Sancti quod super Ricardo.] Requirit in eodem quidam Episcopus in basileensi lapsus. [Hinc etiam Cyrillus in Evangelio zezania dixit esse toleranda usque ad messem.]

C. XXII. Mali a bonis penitus separari non possunt.

Hinc etiam Hieronymus:

Nolite recedere a Domino in hodierno f. dist. 2. hoc est, donec seculum stat i ostendat ergo multo quo modo Hiebusus, donec seculum istas, habuit cum filiis Iuda in Hierusalem: quippe cum ne ipsi quidem filii Iuda habitent in Hierusalem. Ideo ergo necesse verum esse poterit, quod Hiebusus cum Iudaeis habitent in Hierusalem, quandoquidem ne ipsi quidem habitant in ea. Sed nos intelligamus haec spiritualiter, assumentes Evangelii parabolam, quae dicit de g. zizaniis [Sinite utraque crescere: ne forte cum vultis eradicare zizania, eradicemus simul cum ipsis etiam triticum.] Et infra. ¶ Audi ergo semper b dicentem, quia non poterunt filii Iuda dispendere Hiebusos: sed habitaverunt cum ipsis usque in hodiernum diem in Hierusalem. Unde deprecor vos, qui fideles estis, ut ita vitam vestram, & conversationem servetis, ne in aliquo vel ipsi scandalum patiamini, vel aliis scandalum faciatis: sed sit vobis summi studii, summamque cautela, ut quis in hanc sanctam congregationem vestram pollutum introeat: ne quis Hiebusus habitet vobiscum. Vides ergo, quia dicit scriptura, quod non poterunt ejicere filii Iuda Hiebusos de Hierusalem. Hiebusus autem interpretatur conculcatio. Ergo, quia non possumus ejicere istos, qui nos conculant, eos saltem quos possumus, quorum peccata manifesta sunt, ejiciamus. Vbi enim peccatum non est evidens, ejicere de ecclesia neminem possumus: ne forte eradicantes zizania, eradicemus simul cum ipsis etiam triticum. Moveret tamen quod dixi, quia non poterunt ejicere Hiebusos, id est, eos, qui interpretantur conculcatio: & ideo videamus qui sunt in ecclesia conculant. Illi sine dubio, de quibus dicit Dominus in Evangelio i: [Nolite mittere sanctum canibus, neque margaritas vestras ante porcos, ne forte conculant eas pedibus suis, & conversi elidant vos.] Iste est ergo Hiebusus, conculcatio: qui indigni k audiunt verbum Dei, & cum audierint, neque ut infideles discendant, neque permanent, ut fideles: sed precepta superiorum notitia, & fidei nostrae secretioribus scrutatis, conversi postmodum impugnant nos, & contradictionibus suis corda nostra distumpunt, concultantes verbum

a Pann. l. 5. c. 294. Can. Apost. 11. Poly. ibid. Bur. l. 1. cap. 37. & 32. Anst. l. 12. c. 16. Ivo p. 14. c. 65. & 96. b Poly. ibid. Anst. l. 2. ca. 11. Bur. l. 1. c. 44. Ivo p. 14. c. 28. & 108. Pann. l. 5. c. 99. c Poly. ibid. Anst. l. 12. c. 23. Bur. l. 1. c. 45. Ivo p. 14. c. 65. & 113. d al. omnium, e al. pro. f al. auditus. g Origene homil. 2. ad 6. 7. Indigenam. h 1. Cor. 5. i Ividem.

a non solum amorem seculi, sed.] orig. b dicitur de c. 3. Corinth. 5. Vnde inf. ead. c. Ad mensam.] in notatione. d 2. p. 2. sane quod. e Malac. 2. Origene hom. 21. ad cap. 11. Iosue. f al. usque in hodiernum diem. g Mat. 23. h Ios. 11. i Mat. 7. k al. magis. Dominici



quam sacerdoti, superscripto Maximo communicanti, contra animam suam quicquam vestrum communicare praesumat.

C. XXVI. Nullus clericorum, vel laicorum, ad domum excommunicati accedat.

Item ex concilio Toletano primo, c. 17.

VI. Si quis laicus abstinetur, ad hunc, vel ad domum eius, vel clericorum, vel religiosorum nullus accedat. Similiter & clericus si abstinetur, a clericis devitetur. Si quis cum illo colloqui, aut convivari fuerit deprehensus, etiam ipse abstineatur. Sed hoc pertinet ad eos clericos, qui ejusdem Episcopi sunt, & ad omnes, qui communiti fuerint de eo, qui abstinetur, sive laico quolibet, sive clerico.

3 pars. Sed hoc specialiter in his, qui excommunicati nominatim communicant. Unde Urbanus [Sanctus] quod super Richardo, &c. infra b in causa. [Quidam Episcopus in heresim lapsus.] Item Nicolaus Papa in cap. [Excellentissimus Rex Carolus, &c.] infra circa finem hujus cause.

C. XXVII. Sententia pastoris timenda est, licet iniuste liget.

Item Urbanus omnibus Episcopis, c. 5.

Quibus & Episcopi non communicant, non communicetis: & quos ejecerint, non recipiat. Valde enim est timenda sententia Episcopi, licet iniuste liget.

C. XXVIII. Excommunicationis contrahis penam, qui excommunicati communicat.

Item ex octava synodo.

VII. Si quis frater aut palam, aut absconsè cum d. excommunicato fuerit locutus, aut junctus communione, statim cum eo excommunicationis contrahat penam.

Canon hic neg. habetur in octava synodo, qua habita fuit tempore Nicolai primi, neg. in alia, qua & ipsa nominatur octava sub Joanne octavo celebrata, qua in bibliotheca Vaticana servantur. Multa vero, qua a Gratiano ex octava synodo citantur, in regulis Basiliensibus, Isidori, & alius scriptis ad monachos pertinentibus inventa sunt. Hoc quidem supra ead. cum excommunicato. fuit tributum Isidoro, quemadmodum etiam a Burchardo, & Ivone. Sed Smaragdus in expositione regulae B. Benedicti, c. 28. cum antea egisset de monacho, a suo presbitero excommunicato, hac scribit valde similis. Hinc quidam magister monachorum ait: Si quis vero frater, aut palam, aut absconsè cum eo fuerit locutus, aut conjunctus, communem cum eo excommunicationis contrahat penam. qua lectio convenit cum lectione Burchardi & Ivonis.

C. XXIX. De eodem.

Item ex concilio Carthaginensi II. cap. 7.

Qui merito facinorum suorum ab ecclesia pulsati sunt, si ab aliquo Episcopo, aut Presbytero, vel clerico fuerint in communione suscepti, etiam ipse pari cum eis crimine teneatur obnoxius, refugiens in sui Episcopi regulare iudicium.

1. Refugiens. In concilio cum multis impressis & manuscriptis codicibus collato legitur, refugiens: apud Burchardum vero, & Ivonem, refugientibus, quod convenit cum canone. Græco, qui est nonus: omnia vero hæc verba, refugientes sui Episcopi regulare iudicium, in recentioribus conciliorum editionibus non sunt hoc loco, sed post versu suscepti. A Sorisiensi autem codice Regis catholici omnino absunt.

a Ivo p. 14. c. 30. b 24. qu. 2. c Poly. l. 6. tit. 11. Anst. l. 6. c. 145. & l. 12. c. 25. Burch. l. 11. c. 1. Ivo p. 14. c. 74. d Supra par. 14. c. 96. e Poly. l. 7. tit. 1. Burch. lib. ead. cum excommunicato. Burch. l. 11. c. 92. Ivo l. 6. c. 43. Ivo p. 14. c. 28. & 107. Pann. l. 5. c. 98.

C. XXX. Quis sententiam Episcopi putat esse injustam, recurat ad Synodum.

Item ex concilio Carthaginensi IV. cap. 66.

Clericus, qui Episcopi circae distinctionem justam putat, recurat ad synodum.

C. XXXI. Vincula ecclesiastica non sunt commendanda.

Item Ioannes Chrysothomus, homil. 4. ad c. 3.

epist. ad Hebræos.

2. Nemo a contemnat vincula ecclesiastica. Non enim homo est, qui ligat, sed Christus, qui nobis hanc potestatem dedit, & dominos fecit homines tanti honoris.

C. XXXII. Satana traditur, que ab ecclesia excommunicatur.

Item Augustinus de verbis Apostoli, formose g.

Omnis b. Christianus, dilectissimus, qui a sacerdotibus excommunicatur, satana traditur: quomodo scilicet, quia extra ecclesiam diabolus est, sicut in ecclesia Christus: ac per hoc quasi diabolo traditur, qui ab ecclesiastica communione removetur. Unde illos, quos tunc Apostolus satana esse traditos prædicat, excommunicatos à se esse demonstrat.

¶ Sic etiam citat Ivo p. 14. c. 30. sed p. 2. c. 74. conjuncte cum multis alijs verbis videtur citare ex libro de unico baptismo.

C. XXXIII. De eodem.

Idem tractatus 27. ad cap. 6. Ioannis.

Nil sic debet formidare Christianus, quam separari a corpore Christi. Si enim separatur a corpore Christi, non est membrum ejus. Si non est membrum ejus, non vegetatur spiritu ejus. Quisquis autem, inquit, Apostolus d. spiritum Christi non habet, hic non est ejus.

Item Hieronymus 1: Quorum & remiseritis peccata, &c. est, quibus ecclesiam interdixeritis, nisi reconcilietur per satisfactionem fuerint, ipsi jamna regni caelestis clausa erit.

1. Hieronymus. Hæc non sunt inventa apud B. Hieronymum, sed in epist. 2. Eurychiani, quem citat Ivo.

C. XXXIV. Vicini Episcopi audiant eos, qui de iudicij Episcoporum suorum queruntur.

Item ex concilio Milevitano f. cap. 22.

Presbyteri & Diaconi, vel ceteri inferiores clerici, in causis quas habuerint, si de iudicij Episcoporum suorum questi fuerint, vicini Episcopi eos audiant, & inter eos, quidquid est, finiant, adhibiti ab eis ex consensu Episcoporum suorum. Quod si & ab eis provocandum putaverint, non provocent nisi ad Africanæ concilia, vel ad primates provinciarum suarum. Ad transinania autem, qui putaverit appellandum, à nullo intra Africanam in communionem suscipiatur.

¶ Hæc capitulum in vulgatis codicibus præpositum erat nomine Pauli: sed in omnibus vetustis Græciani exemplaribus habetur. Citatur autem supra, 2. q. 6. c. placuit.

C. XXXV. Injusta Episcoporum damnatio irrita est.

Item ex concilio Carthaginensi IV. c. 21.

Irrita b. esse injustam: Episcoporum damnationem, & idcirco à synodo retractandam.

C. XXXVI. Qui causa sua adesse, & innocentiam suam esse ferre valuerit, intra annum excommunicationis hoc faciat.

Item ex concilio Carthag. V. c. 14.

Viris constitutum est, ut quoties clericis convictis,

a Ivo p. 14. c. 48. Pann. l. 5. c. 88. b Ivo p. 2. c. 84. & p. 14. c. 50. c al. traditur. r. Tim. r. Cor. 5. d Rom. 1. e Marc. 16. Ivo p. 14. c. 53. f Et Afric. 92. g 2. q. 6. placuit, ut Presbyteri. h 3. q. 6. Irritam ex Felice. i ad. & injustam. k & in Afric. c. 46. & Vormac. c. 71. Poly. l. 7. tit. 1. Burch. l. 12. c. 112. Ivo p. 6. c. 232.



vel i confessis in aliquo crimine, vel propter eorum, quorum verecundia pariter, vel propter ecclesie opprobrium, aut insolentem insultationem hæreticorum, atque gentium, si forte causa sua adesse voluerint, & innocentiam suam asserere, intra annum excommunicationis hoc faciant. Si vero intra annum causam suam purgare contempserint, nulla eorum, vox postea penitus audiantur.

¶ Vel i In omnibus locis indicatis legitur, & Sed manus scripta Gratiani exemplaria concordant cum vulgatis. In aliquibus tamen est, convicti clerici vel confessi. Apud Ivonem vero legitur, ut aliquoties clerici convicti, & confessi, & vocem aliquoties habet etiam Burchardus.

C. XXXVII. ¶ Audientiam sibi negat, qui excommunicationis causam agere intra annum differt. a

Item Gelasius.

¶ Quicumque intra anni spatium civiliter, sive publice causam suam coram suis excommunicatoribus non peregerint, ipsi sibi aditum audientie clausisse videantur. Quod si obstinato animo sine communionis defuncti fuerint, nos eorum causam, juxta beati Leonis & prædecessoris nostri sententiam, divino iudicio reservantes, quibus vivis non communicavimus, nec mortuis communicare debemus.

C. XXXVIII. ¶ PALEA.

¶ Vi * verò excommunicato scienter communicaverit, & amodo saltem in domo simul oraverit, atque larebras, quominus ad satisfactorem perducatur, præbuerit, donec ab excommunicatore poenitentiam accipit, corporis & sanguinis Domini communione privata esse cognoscat.

C. XXXIX. ¶ Tardius recipitur ad veniam, qui sacerdos jubente de ecclesia exire contemnit.

Item ex concilio Hilerdensi, c. 10.

¶ Si i jubente sacerdote pro qualicumque culpa ab ecclesia exire contempserit, pro noxa, contumacia & tardius recipitur ad veniam. Sed quæritur si ante damnari absolutionem Episcopum morti contempserit, ut non damnatus postea valeat absolvi.

C. XL. ¶ A successore solvatur, qui post mortem Episcopi remanet legatus.

De his ita statutum est in concilio Epau-nensi, cap. 21.

¶ Si b Episcopus ante damnati absolutionem obitu capiat, correctum aut poenitentem successori licebit absolvere.

¶ Premissa auctoritatibus, quibus iniuste sententia usq; ad excommunicationem utriusq; parti parere jubemur, ita respondetur. Gregorius non dicit sententiam iniuste latam esse servandam, sed timendam, sicut & Urbanus. Tenenda est ergo, id est, non ex superbia contemnenda. Reliquæ vero auctoritates de excommunicatis loquuntur, qui vel vocati ad synodum venire contempserunt, vel calliditatibus adversantium occurrere nescientes, iniustam sententiam à iudice reportaverunt, vel qui neglectu sua vita scripturam de se opinionem nasci permitentes, sententiam in se exceperunt. His siquidem solus excommunicationis sententia ferre licet.

a al. distulmat. b Poly. ibid. Anselm. c. 2. d. Burchard. l. 11. c. 47. Ivo p. 14. c. 111. Pann. l. 5. c. 130. c. 24. quæst. 2. c. 1. d. al. mortuum communicare non possumus. * Poly. ibid. Anselm. ibid. e al. larebras defensionis. f Burch. l. 11. c. 48. Ivo p. 14. cap. 112. Ex ipsodem Gelasii decretis. g al. contumelia. h Burch. l. 11. c. 50. Ivo p. 14. c. 114. Pann. l. 5. c. 121.

C. XII. ¶ Quibus culpis exigentibus aliquis sine communionem privandus. Unde in Meldensi concilio, cap. 36.

¶ Nemo a Episcoporum quemlibet sine certa & manifesta peccati causa communionem privet ecclesiastica. Sub anathemate i autem sine conscientia Archiepiscopi, aut Coepiscoporum, nullum præsumat ponere, nisi unde canonica docet auctoritas: quia anathema est æterna mortis damnatio, & non nisi pro mortali debet imponi crimine, & illi, qui aliter non potuerit corrigi.

¶ Subanathemate i In concilio Meldensi, & adjectu capitularibus Caroli filii Ludovici legitur, Anathema autem sine consensu Archiepiscopi, aut Coepiscoporum, prælata etiam evangelica admonitione, nulli imponat. ceteri autem collectores parum à Gratiano discrepant.

C. XLII. ¶ Pro parvis, & levibus causis nullus communionem privetur. Item ex concilio Arverneni.

¶ Nullus sacerdotum quenquam rectæ fidei hominē pro parvis & levibus causis à communionem suspendat: præter eas culpas, pro quibus antiqui Patres arceri ab ecclesia iusserint committentes.

¶ In concilio Arverneni, quod extrat, non habetur, sed in Aurelianensi IV. c. 2. & in Vormaciensi, c. 13.

C. XLIII. ¶ Pro his tribus criminibus quilibet communionem privetur. Item ex concilio Triburienfi.

¶ Certum b est pro his tribus criminibus aliquem excommunicari debere: cum ad synodum canonicè vocatus venire contemnit: aut si postquam illuc venerit, sacerdotalibus respuit obedire præceptis: aut si ante finitam causam suam examinationem à synodo abire & præsumit.

¶ 4. pars. De his, inquam, & huiusmodi, præmissa auctoritates loquuntur, non de iniuste suspensis. Quod autem iniuste sententia pendendum non sit, multis auctoritatibus probatur. Quarum prima est illa Hieronymi d, super Mattheum lib. 3.

C. XLIV. ¶ Sententia pastoris ream, vel innocentem non constituit, vel facit.

¶ Quomodo e sacerdos mundum leprosum non facit, sic Episcopus, vel Presbyter, non alligat eos, qui infontes sunt, nec solvit noxios: sed pro officio suo cum peccatorum varietates audierit, scit qui ligandus sit, qui solvendus.

¶ Variè hic locus legitur apud collectores. Apud B. Hieronymum sic habet: Legimus in Levitico de leprosis, ubi jubentur, ut ostendant se sacerdotibus, & si lepram habuerint, tunc à sacerdote mundi fiant: non quò sacerdotes leprosos faciant, & immundos; sed quò habeant notitiam leprosi & non leprosi, & possint discernere qui mundus, quive immundus sit. Quomodo ergo ibi leprosum sacerdos mundum, vel immundum facit, sic & hic alligat, vel solvit Episcopus & Presbyter, non eos qui infontes sunt, vel noxii, sed, pro officio suo, cum peccatorum audierit varietates, scit qui ligandus sit, quive solvendus.

C. XLV. ¶ De eodem. PALEA. [Item Augustinus super Mattheum.]

¶ Ridiculum est, ut eum mundum esse dicamus, qui vinculis peccatorum suorum ligatus est, propter hoc solum, quòd Episcopus dicitur habere huiusmodi potestatem, ut soluti ab eo, soluti sint in caelo, & ligati in

a Et in adjectu capitularibus Caroli filii Ludovici. Burchard. l. 11. c. 10. Ivo p. 14. c. 80. Pann. l. 5. c. 93. b al. Decretum. Poly. l. 7. tit. 7. Burch. l. 11. c. 74. Ivo p. 14. c. 122. Pann. l. 5. c. 112. c al. presbiteri abire. d In commen. ad c. 10. e Poly. l. 7. tit. 3. Anselm. c. 130. Ivo p. 14. c. 7. Pann. l. 5. c. 66.



terris, ligati sint in celo: sit ergo irreprehensibilis, qui alterum ligat, aut solvit.

C. XLVI. ¶ Non est petenda solutio, cum inique fertur sententia.

Item Gelasius Papa Episcopis orientibus a, de damnatione i. Dioscori.

Cui b est illata sententia, deponat errorem, & vacua est: sed si iniusta est, tanto eam curare non debet, quanto apud Deum & ecclesiam ejus neminem potest iniqua gravare sententia. Ita ergo ea se non absolvi desideret, qua se nullatenus percipit obligatum.

¶ Damnatione Dioscori] Sic etiam in manuscriptis. Apud Ivonem est, communionem Achatii vitanda.

Et Dioscorus quidem in Chalcedonensi synodo, & a sancto Leone primo damnatus est, Achatius autem a Felice tertio, & Gelasio ipso.

C. XLVII. ¶ Deus non nocet, nec nocere aliquem patitur iniuste.

Item Augustinus de summo bono c.

Secundam d. catholicam fidem, & sanam doctrinam, & intelligentibus perspicuam veritatem, nec natura Dei nocere potest quisquam, nec natura Dei nocere iniuste cuiquam, vel nocere iniuste patitur quemquam. Qui enim nocet (ait Apostolus f) recipiet illud quod nocuit.

C. XLVIII. ¶ Injusta vincula dissipat iustitia.

Idem sermone 16. de verbis Domini.

Cœpisti g habere fratrem tuum tanquam publicanum: ligas illum in terra: sed ut iuste alliges, vide. Nam iniusta vincula dissipat iustitia. Cum autem i correxeris, & concordaveris cum fratre tuo, solvisti illum in terra: cum solveris in terra, solutus erit & in celo.

¶ Cum autem] Emendatus & locupletatus est hic locus ex originali Ivona & Panormia.

C. XLIX. ¶ Temeritas iudicandi non est qui iudicatur, sed iudici nocet.

Idem de sermone Domini in monte, lib. 2. c. 29.

Temerarium h iudicium plerumque nihil nocere, de quo temere iudicatur. Et autem, qui temere iudicat, ipsa temeritas necesse est ut nocet.

C. L. ¶ Non obest homini iniusta sententia.

Idem ad clerum Hipponeensem, epist. 137.

Quid i obest homini, quod ex illa tabula non vult eum recitari humana ignorantia, si de libro vivorum non eum delet iniqua conscientia?

C. LI. ¶ De eodem.

Item in libro contra Secundinum Manichæum, cap. 7.

Senti k de Augustino quidquid libet: sola me in oculis Dei conscientia non accuset.

C. LII. ¶ Quos conscientia iustificat, aliorum male dicta non timeant.

Item Gregorius Constantino Mediolanensi Episcopo, lib. 6. epist. 14. seu cap. 176.

In l cunctis, quæ in hac vita adversa proveniunt, sola est, sicut nostis, omnipotentis Dei districtio pensanda, atque ad eor semper proprium recurendum, ut nullius nos ibi lingua implicet, ubi conscientia non accusat. Quem enim conscientia defendit, & inter accusationes liber est: & libet, vel sine accusatione esse non potest, si sola, quæ interius addicit m, conscientia ac-

a Sententia habetur aliqua ex parte in tomo Gelasii de anathematis vinculo. b Ivo par. 1.4.c.8. c l3. de natura boni, cap. d Ivo p. 1.4.c.9. e impune. f Coloss. 3. g Ivo p. 1.4.c.5. Panm. l. 5.c.8. h Ivo p. 1.4.c.10. i Polyd. 7. tit. 1. Ivo p. 1.4.c.11. k Ivo p. 1.4.c.12. l Nivelanus epist. 2. ad Martheum Imper. m al. audit.

cuset. De vestra igitur sanctitate absit a Christianorum iudicio, ea quæ maledicorum hominum rumoribus conficta credimus, in quacumque modulo suspitionis adduci: quia ex sacri eloquii testimonio tenemus, ut majora mala s, cum forsitan dicuntur, nisi probata, credi non debeant, sed probata citius ulcisci. Et infra. ¶ Hac igitur dixi, ut nimia esse levitatis ostenderem, si quis mala gravia credere studeat, quæ probari non possunt. Unde sanctitas vestra debet mentem suam a maledicorum hominum rumoribus, atque obtrusione disjungere, & sola quæ æterna vita sunt, atque ad utilitatem subditorum proficiunt, cogitare.

¶ Majora mala] Sic emendatum est ex originali & Nicolao: & saps in hac epistola repetitur, mala gravia. Annotabatur, mala majorum.

C. LIII. ¶ Frustra damnatur ab homine, quem Deus iustificat.

Item Augustinus in Psal. 36. concione 3. ad vers. [Nec damnabit eum.]

Et a si ad tempus i dammaris ab homine, & diu sententiam præconstat in Cyprianum, alia est sella terrena, aliud tribunal cælorum. Ab inferiore accipit sententiam, à superiore coronam.

¶ Et si ad tempus] Apud B. Augustinum de divinis iudicio agentem, sic legitur. Quando ergo ventum fuerit ad illud iudicium, non eum damnabit: & si ad tempus videtur damari ab homine, & si dixit sententiam, &c.

C. LIV.

Idem in Psal. 37. ad vers. [Quoniam in te speravi.]

Constitodi h intus innocentiam tuam, ubi nemo oppellit causam tuam. Prævalebit o in te saluum testimonium, sed apud homines. Nunquid apud Deum valebit, ubi causa tua dicenda est? Quando Deus iudex erit, alius testis quam conscientia tua non erit. Inter ipsum iudicem, & conscientiam tuam noli timere, nisi causam tuam.

C. LV. ¶ Non hominum lingua, sed conscientias curare debemus.

Item Gregorius Papa Palladio Presbytero, lib. 2. epist. 45.

Inter verba laudantium, sive vituperantium, ad me item semper recurrendum est: & si in ea non invenitur bonum, quod de nobis d dicitur, magnam tristitiam generare debet: & rursum si in ea non invenitur malum, quod de nobis homines loquuntur, in magnam debemus lætitiā proflire. Quid enim si homines i laudent, & conscientia nos accuset? aut quæ del. & esse restitia, si omnes accusent, & sola conscientia liber nos esse demonstrat? Habemus Paulum dicentem f [Gloria nostra hæc est, testimonium conscientia nostra.] Iob g quoque dicit [Ecce in celo testis meus.] Si ergo est nobis testis in celo, testis in corde, dimittamus multos foris loqui, quod volumus. Quid aliud detrahentes faciunt, nisi quod in pulverem sufflant, atque in oculos suos terram excitant? ut unde plus detractionis proficiant, inde magis nihil veritatis videant. Vocandi tamen etiam sunt ipsi, & tranquillè admonendi, eisque satisfieri modis omnibus debet: scientes, quid de Iudæis veritas dicit h [Ne forte scandalizemus eos.] Si autem satisfieri sibi ex veritate noluerint, habes consolationem, quam in sancto Evangelio conspicias. Cum enim Domino dictum fuisset. [Scis i, quia Pharisei audito verbo hoc scandalizati sunt:] respondit k [Sinite illos: curi sunt, & ducet eorum.] Paulus quoque Apostolus admonet, dicens l: [Si fieri potest, quod ex vobis est, cum

a Ivo p. 1.4.c.13. b Ivo p. 1.4.c.14. c al. prævaluit. Et in epistola Sixti III. d al. voluit. e al. omni. f 2. Cor. 1. g Iob. 16. h Matth. 17. i Matth. 17. k Matth. 18. l Rom. 12.

omnibus



omnibus hominibus pacem habentes.] Dicitur quippe [Cum omnibus pacem habentes,] quia hoc difficile esse potest, præmissis. [si fieri potest.] Sed tamen adiungit, quod possit fieri, cum dicit [quod ex vobis est.] Quia si nos in mente charitatem erga odientes servare cupimus, est illi inobis pacem non habent, nos tamen cum illis sine dubio iabemus.

¶ Quid enim? Addeat sunt nonnulla ex epistola B. Gregorii, & parum etiam Sixti tertii, in qua idem serè reperitur.

Hic inter eu obferendum est, qui parati sunt suspicari, quod non pudent, parati semper reprehendere, nunquam imitari: apud alios autem conficiam est necessaria nobis, fama illis.

C. LXI. ¶ Conficiam nobis, & fama proxima est necessaria.

Unde Augustinus lib. de bono viduit. cap. 22.

Non a sunt audiendi, siue viri sancti, siue fœmina, quando reprehensa in aliquo negligentia sua, per quam sit, ut in malam veniant suspensionem, unde suam vitam longe abesse sciunt, dicunt sibi coram Deo sufficere conscientiam, confirmationem hominum non solum impudentes, verum etiam crudeliter contemnent, cum occidant b animas aliorum, siue blasphemantium viam. Dei (quibus secundum suam suspensionem, quasi turpis, que casta est, displicet vita sanctorum) siue etiam cum facultatione imitantur, non quod vident, sed quod putant. Proinde quisquis a criminibus flagitorum atque facinorum vitam suam custodit, sibi benefacit: quisquis autem eam famam, & in alios misericors est. Nobis enim necessaria est vita nostra, aliis fama nostra.

C. LXVII. ¶ Apud Deum maledicitur, qui moribus diffonem profert sententiam.

Iuxta Hieronymum super c. epist. Pauli ad Philemonem.

Si quis dixerit iustum iniustum, & iniustum iustum, abominabilis uterque apud Deum est. Similiter, qui sanctum dicit esse non sanctum, & iustum non sanctum, abest sanctum, abominabilis apud Deum.

C. LXVIII. ¶ Christum violat, qui sanctum non sanctum, vel non sanctum sanctum esse crediderit.

Idem ibidem paulo superius.

Si quis hominem, qui sanctus non est, sanctum esse crediderit, & Dei eum iunxerit societati, Christum violat, cuius corporis omnes membra sumus. ¶ Omnes credentes, secundum Apostolum e, Christi corpus efficiuntur. Qui in Christi corpore erat, & labitur, affertens membrum eius vel sanctum esse, cum non sit, vel non sanctum esse, cum sit, vide quali crimini obnoxius fuit. ¶ (ait Esaias f) qui dicunt dulce amarum, & amarum dulce, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras.] Dulce puto esse sanctimoniam: amarum, quod sanctimonie contrarium est.

C. LIX. ¶ Aternum va maledictionis inveniet, qui bonos malos, & malos bonos dixerit.

Item Esaias, cap. 5.

Verba g. qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras. & paulo superius. ¶ Propterea captivus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam: & nobiles eius interierunt fame, & multitudo eius siti exaruit. Propterea dilatavit infernus animam suam, & aperuit os suum abique ullo termino: & descenderunt fortes ejus, & populus ejus, & sublimis, gloriosus ejus ad eum: & incurvabitur homo, & humiliabitur vir, & oculi sublimium de-

¶ a 11. q. 1. solo ut aliqui. b ad occident. c Ad locum, [Gratus ego Deo meo.] d 1. q. 1. c. 6. Pannorm. l. 3. cap. 24. Proverb. 17. secundum 70. e Rom. 12. 1. Corinth. 6. f Esa. 5. g Eid. 1.

primèntur: & exaltabitur Dominus exercituum in iudicio, & Deus sanctus sanctificabitur in iustitia.

C. LX. ¶ Ligandi, solvendiq. potestate se privat, qui hanc iniuste exerceat.

Item Gregorius homil. 26. in Evang.

Ipsè a ligandi atque solvendi potestate se privat, qui hanc pro suis voluntatibus, & non pro subjectorum motibus exerceat.

C. LXI. ¶ De eodem. Idem ibidem paulo inferius.

Iudicare b de subditis digne nequeunt, qui in subditum causis sua vel odia, vel gratiam sequuntur.

C. LXII. ¶ Non est vera presidentis absolutio, nisi sequatur arbitrium interni c iudicis.

Idem ibidem paulo inferius.

Tunc vera est absolutio presidentis, cum interni d sequitur arbitrium iudicis. Quod bene quadrimum mortui resuscitatio illa significat: quæ videlicet demonstrat, quia prius mortuum Dominus suscitavit, & vivificavit, dicens e. [Lazare veni foras] & postmodum is, qui vivens fuerat, egressus, a discipulis est solutus, sicut scriptum est.

C. LXIII. ¶ Privilegia meretur exui, qui eodem abutitur.

Idem in regesto.

Privilegium f omnino meretur amittere, qui permiffa sibi abutitur potestate.

In regesto B. Gregorii, ex quo citatur, non est inventum. Habetur autem in epist. 2. Simplicii Papa, cui etiam Nicolaus I. in epist. ad Hincmarum, cuius initium est, Epistolam beatitudinis tue. & Burchardus, & Ivo, & aliquid vetusta Gratiani exemplaria tribuunt: supra etiam distingt. 74. c. 6. h. nam privilegium, citatur ex eodem Simplicio. Simile est quod B. Augustinus sermone de tempore 247. scribit. Iudicio enim legum, iure ab obienta dignitate deiciunt, qui privilegio sibi concessio abutitur.

C. LXIV. ¶ Ii, in quæ canonica non fertur sententia, penam non debet ferre canonicam.

Item Gregorius Antonio subdiacono, lib. 2. indist. 11. epist. 9.

Non debet is penam sustinere canonicam, in cuius damnatione non est canonica prolata sententia.

Ex hi datur intelligi, quod iniusta sententia nullum alligat apud Deum, nec apud ecclesiam ejus aliqui gravatur aliqua sententia, sicut ex g Gelasti capite habetur. Non ergo ab ejus communionem abstinendum est, nec ex ab officio cessandum, in quem cognoscitur iniqua prolata sententia. Cur ergo capitula Carthaginensis, & Africani, atq. aliorum conciliorum, prohibens iniuste damnatum in communionem recipi, esse h iudicium examinationem? tur & illud in concilio Moguntinensi statutum est? i

C. LXV. ¶ Qui damnatur a synodo, quomodo in secunda innocens reparatur.

Episcopus k, Presbyter, aut Diaconus a gradu suo iniuste defectus, si in secunda synodo innocens recipiatur l, non potest esse quod fuerat, nisi gradus amissos recipiat coram altari de manibus Episcoporum: si Episco-

a Infra ead. plerumque. Poly. lib. 7. tit. 1. Ivo p. 14. cap. 3. Pann. lib. 3. cap. 79. b Ivo ibidem. Pann. lib. 5. cap. 80. c al. aterni. d aterni. orig. supra ead. plerumque. Ivo ibidem. Pann. l. 5. cap. 18. e Ioann. 11. f Simplicius Papa epist. 2. Anst. 4. c. 3. Burch. lib. 1. c. 29. Ivo p. 5. c. 140. g Supra ead. cu est. h Supra ead. si Episcopus. i [Placuit.] k In Toletano IV. cap. 27. l Burch. lib. 2. cap. 92. Anst. lib. 8. cap. 27. Poly. lib. 2. tit. 36. Ivo p. 5. cap. 367. & part. 6. c. 237. Pannorm. lib. 3. cap. 80. l inveniatur.



pus est, orarium, annulum, & baculum: si Presbyter, orarium, & planetam: si Diaconus, orarium, & albam: si Subdiaconus, patenam, & calicem. Sic & reliqui gradus in reparatione sua recipiant ea, quæ cum ordinarentur, perceperant.

Hoc habetur in concilio Toletano IV. c. 27. ex quo citant Ivo p. 1. c. 367. & Polycarpus l. 2. tit. 36. Idem tamen Ivo par. 6. c. 237. & Burchardus tribuunt concilio Moguntino: auctor autem Pamormis, & Moguntino, & Toletano.

2 pars. Si ergo iniuste dejecti, nec etiam per Episcopos reparari possunt, nisi de manibus eorum recipiant quæ amiserant, quomodo sua auctoritate evis, licet iniuste ligati, communicare, & eis, non petita absolutione sua, celebrare officia, sicut Gelasius videtur sentire. Ad hoc respondendum est, quod sententia aliquando est iniusta ex animo proferentis, iusta vero ex ordine & causa: aliquando est iusta ex animo & causa, sed non ex ordine: aliquando iusta ex animo & ordine, sed non ex causa. Cuiusmodi ex causa iniusta fuerit, aliquando nullum in eo omnino, qui accusatur, delictum est, quod sit damnatione dignum: aliquando non est in eo illud, supra quod ferretur sententia: sed ex alio notandum est. Ex animo est iniusta, cum aliquis servata integritate iudicarij ordinis in adulterium, vel in quemlibet criminosum, non amore iustitiæ, sed livore odii, vel pro amore aut favore ad versariorum inductus sententiam proferat. Unde Beda super epistolam Iacobi ait. [Ira enim iri iustitiam Dei non operatur:] quia qui iratus in aliquem sententiam proferat, est ille quantum ad se, iustam reportet sententiam, iste tamen, qui non amore iustitiæ, sed livore odii in eum sententiam dedit, iustitiam Dei, in quem perturbatio non cadit, non imitatur.

C. LXVI. Sententia iustitia non est pro premio ferenda. Item Gregorius.

Qui bene iudicat, & præmium inde remunerationis expectat, fraudem in Deum perpetrat: quia iustitiam, quam gratis impertiri debuit, acceptione pecuniæ vendit. Bonis male utuntur, qui iuste pro temporalibus lucris iudicant. Tales quippe ad veritatem, non iustitiæ defensionem, sed amor præmii provocat: quibus si spes nummi subtrahitur, confestim à iustitiæ defensione recedunt. Acceptorum numerorum d. prævaricatorum veritas est. Unde & pro iusto dicitur. [Qui excutit manus suas ab omni munere, iste in excelsis habitabit.]

Apud B. Gregorium non est inventum: sed apud Isidorum lib. 3. de summo bono, cap. 38. quem citant Burchardus & Beda in sententiis.

C. LXVII. In præpositorum operibus sibi totum ratio vindicat. Item Gregorius lib. 8. epist. 12. ad Guadistalcum.

Illa laudabilis, in qua totum ratio agit, & furor sibi nihil vindicat. Restringenda sub ratione potestas est, nec quidquam agendum prius, quam concitata ad tranquillitatem mens redeat. Nam commotionis tempore iustum omne se putat, quod fecerit.

C. LXVIII. Gravior delinquit, qui ex ira sententiam proferat. Item Ambrosius libro de sancto Ioseph, c. 13.

Ira sæpe etiam innocentes in crimen abducit: quia dum iusto amplius irascimur, & volumus alienum coercere peccatum, graviora peccata committimus. Ideo Apostolus g ait, [Non vos ipsos vindicantes charissimi: sed date locum ira,] hoc est, declinemus eam, ne nos illa corripiat. Unde Dominus h IESVS dimittens ad Evangelizandum discipulos, misit eos sine auro, sine argen-

a Mutatis verbis, sed salva sententia. Iac. 1. b Isidorus sententiarum de summo bono l. 3. c 58. Beda in sententiis c. 71. Burch. l. 16. c. 28. c al. pecunia, d al. numerum. Esa 33. e Burch. lib. 2. p. 16. c. 38. f al. ira. g Rom. 12. h Luc. 9.

to, sine pecunia, sine virga, id est, ut & incentiva litis, & instrumenta eriperet ultionis.

C. LXIX. Ratio debet corrigere, quod favore promulgatum est.

Item ex lib. 11. Ecclesiast. historia Rufini, c. 18.

CVin apud Thessalonicam seditione exorta, quidam vitæ militariis impetu fuisset populi furentis excitus, Theodosius repentinè nunciis atrocitate succensus, ad ludos Circenses invitari populum, eique ex improbitate circumfundi milites, atque obruncari passim, ut quilibet occurrisset, gladio iubet, & vindictam dari, non crimini, sed furori: ob hoc, cum à sacerdotibus Italix argueretur, agnovit delictum, culpamque cum lachrymis protestans publicam poenitentiam in conspectu totius ecclesiæ egit: & in hoc sibi tempus ascriptum absque regali fastigio patienter implevit. Quibus omnibus illud quoque mirabiliter adiecit. Lege sanxit in posterum, ut sententiæ Principum super animadversione prolata, in diebus vigesimo ab executoribus differrentur; quo locus misericordix, vel, si res tulisset, poenitentix non periret.

C. LXX. In dictanda sententiis rectores nullo favore ducantur. Item ex b dictis Gregorii.

Svmmopere & precavere debent rectores ecclesiarum, & qui publica iudicia exercent, ut in dictandis sententiis nullatenus levitate, aut furore ducti sint precipites: sed causis prius diligenter ventitatis, cum res, quæ ignorabatur, pleniter ad notitiam venerit, tunc divina, & humana lex resolvatur, & tunc secundum quod ibi constitutum est, remota personarum acceptatione, definitiva proferatur sententia. Hinc est, quod Moyses & querebus populi semper ad Dominum tabernaculum ingressus referebat, & iuxta quod Dominus imperabat, iudicia proponebat: nimirum nos instruens, ut non ex corde nostrum, sed ex præcepto divino, condemnationis, vel justificationis sententiam proferamus.

De non precipitanda sententia, leguntur nonnulla apud B. Gregorium, lib. 19. Mor. c. 25. ad ea verba Iob, Causam, quam nesciebam, diligentissime investigabam: & lib. 12. regum epist. 26. & alibi.

C. LXXI. Inustum iudicium vendi non potest. Item Augustinus ad Macedonium, epist. 14.

Non licet iudici vendere iustum iudicium, etiam licet advocato vendere iustum patrocinium: & iudici consulto rectum consilium.

Propria verba B. Augustini referantur infra, l. 4. q. 1. §. 1. versic. sed non ideo.

C. LXXII. De eodem.

Item Isidorus lib. 3. de summo bono, c. 41.

Pauper & dum non habet quod offerat, non solum audiri contemnitur, sed etiam contra veritatem opprimitur. Cito violatur auro iustitia, nullamque reus pertimescit culpam, quam redimere nummis existimat. Huc itaq. sententia, quæ non amore iustitiæ, sed ex alia qualitate causa fertur in quemquam, humiliter obediendum est.

C. LXXIII. Non recipiantur ab aliis, qui suorum Episcoporum contrahunt offensam.

Unde in Nicæno h concilio, cap. 5.

Servetur ista sententia, ut hi, qui ab aliis excommunicantur, ab aliis ad communionem non recipiantur. Requiritur sane, si forte ex aliquo indignatione &

a al. exegit. b al. Gregorius. c Burch. l. 16. c. 1. d. 1. 1. 2. c. 23. d revolutur. e Exod. 31. f sup. 14. que 3. c. fin. Isid. lib. 1. cap. 59. g Burch. lib. 16. c. 52. h Et in Aquil. c. 42. i Burchard. l. 11. c. 39. Ivo par. 14. c. 100. Poly. lib. 7. tit. 1. k mixto vixio. animi.



C. LXXXIII. ¶ Qui falsum testimonium dicunt, & veritatem pro pecunia negant, sceleris ludæ participes sunt.

Unde Beda ad a. c. 14. Marci.

Abiit & Judas ad summos sacerdotes, & constituit ei pecuniam se duros. ¶ Multi hodie scelus ludæ, quia Dominum, ac magistrum, Deumque suum pecunia vendiderit, velut inimane & nefarium exhorrent: nec tamen cavent. Nam cum pro muneribus falsum contra quemlibet testimonium dicunt, profecto, quia veritatem pro pecunia negant, Deum pecunia vendunt. Ipse enim dixit: [Ego sum veritas.] Cum societatem fraternitatis aliqua discordiæ peste commaculant, Deum produnt: quia Deus & charitas est. Qui ergo charitatis & veritatis iussa spernunt, Deum utique, qui charitas est & veritas, produnt: maxime cum non infirmitate, vel ignorantia peccant, sed in similitudinem ludæ quarunt & opportunitatem, qualiter arbitris absentibus, mendaciam veritatem, virtutem crimine mutant.

C. LXXXIV. ¶ Christum negat, qui per se se socium facit.

Item Hieronymus in epistolam ad Titum, c. 1. in extremo.

Existimant quidam in eo tantum Christum negari, si in persecutione quis à gentilibus comprehensus, se renuerit esse Christianum. Sed ecce Apostolus f. omnibus, quæ per versa sunt, factis, Deum asserit denegari. Christus sapientia est, iustitia, veritas, sanctitas, fortitudo. Negatur per insipientiam sapientia, per iniquitatem iustitia, per mendaciam veritas, per turpitudinem sanctitas, per imbecillitatem animi, fortitudo. Et quotiescunque vincimur à vitiis atque peccatis, toties Deum negamus: & e contrario, quoties bene quid agimus, Deum confitemur. Nec arbitrandum est in die iudicii illos tantum à Dei filio denegandos, qui in martyrio Christum denegarunt, sed & illos omnes, quorum opere, vel sermone, vel cogitatione Christus negatus negat, vel confessus confitetur. De hac puto confessione, & discipulis præcepit, dicens: [Eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni ludæa, & Samaria, & usque ad extremum terræ.]

C. LXXXV. ¶ Qui Christianum se negat, Christianum negare convincitur.

Item Augustinus tractatu 173. ad cap. 18. Ioan. 11.

Non solum abnegat Christum, qui & dicit eum non esse Christum: sed ille etiam, qui cum sit, negat se esse Christianum. Dominus I enim non ait Petro, discipulum meum te negabis, sed [me negabis.] Negavit ergo ipsum, cum se negavit esse ejus discipulum. Quid autem aliud isto modo, quam se negavit esse Christianum? Item i tractatu 66. Timendo mortem carnis tuæ, mortem dabis animæ tuæ. Quanta enim vita est confiteri Christum, tanta mors est negare Christum. An Apostolus Petrus, (sicut eum quidam favore perverso excusate nituntur) Christum non negavit, quia interrogatus ab ancilla, hominem se nescire respondit?

¶ Item] In duobus vetustis Gratiani exemplaribus hoc est aliud caput, & rubricam habet, De eodem. est enim ex tractatu 66. in Ioan.

a Et ad cap. 26. Matth. b Marc. 14. Matth. 26. c Ioan. 14. d 1. Ioan. 4. e Matth. 26. f Tit. 1. g Matth. 10. h. al. sed per omnia opera, sermones, cogitationes Christus vel negatus, &c. i Act. 1. k Luc. 22. l Luc. 11.

C. LXXXVI. ¶ Veritatem prodit, non solum qui pro veritate mendaciam loquitur, sed etiam qui veritatem non liberè prædicat.

Item Ioannes Chrysostr. hom. [id est, Auctor operu impar] sed. in Math. hom. 25.

Nolite & timere eos, qui occidunt corpus: ne forte propter timorem mortis, non liberè dicatis quod auditis, nec fiducialiter prædicetis omnibus, quod in aure soli audistis. Sic ergo ex his verbis ostenditur, quod non solum ille proditor est veritatis, qui transgredietur veritatem, palam pro veritate mendaciam loquitur: sed etiam ille, qui non liberè veritatem pronunciat, quam liberè pronuntiare oportet, aut non liberè veritatem defendit, quam liberè defendere convenit, proditor est veritatis. Nam sicut sacerdos debitor est, ut veritatem, quam audivit à Deo, liberè prædicet; sicut debitor est, ut veritatem, quam audivit quidem à sacerdotibus probatam in scripturis, defendat fiducialiter. Quod si non fecerit, proditor est veritatis. [Certe enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio ad salutem.]

Hac sententia patius iudicem latius, quam eum, in quem temerè ferunt.

C. LXXXVII. ¶ Injustè aliquem anathematizans, sibi, non alius nocet.

Unde Augustinus a. 1.

Illud e planè non temerè dixerim, quod si quisquam fidelium fuerit anathematizatus injustè, potius ei oberit, qui facit, quam qui hanc patitur injuriam. Spiritus enim Sanctus habitum hominum, per quem quisque ligatur aut solvitur, immeritam nulli ingerit poenam. Per eum quippe diffunditur charitas & in cordibus nostris, quæ non agit per peram. Pax & ecclesie & dimittit peccata, & ab ecclesie pace alienum tenet peccata, non secundum arbitrium hominum, sed secundum arbitrium Dei. Petra enim tenet, petra dimittit: columba tenet, columba dimittit: unitas tenet, unitas dimittit.

¶ Pax] Hac pars (nam superior non est inventa apud B. Augustinum) ex ipso est emendata, & nominatè auct.

Item Salomon f. [sic] avit in incertum volans, & passer quilibet vadens: sic maledictum frustra prolarum, venit super eum, qui misit illud.]

C. LXXXVIII. ¶ Cujus vita officio non congruit, alios ligare solvit.

Item Gregorius Papa homilia 26. in Evangelia.

Per unque contingit, ut hic iudicis & locum tenentis, cuius ad locum vita minime concordat: ac proinde sæpe agitur, ut vel dampnet immeritos, vel alios ipse ligatus solvat; sæpe in solvendis, ac ligandis subditis, sua voluntatis motus, non autem causarum merito sequitur. Unde fit, ut ipse h ligandi i, aut solvendi potestate se privet. & infra. ¶ Sæpe fit, ut erga quemlibet proximum odio, vel gratia moveatur pastor. Iudicet autem dignè de subditis, &c. Unde rectè per Prophetam I dicitur [Mortificabant animas, quæ non moriebantur, & vivificabant animas, quæ non vivebant.] Non morientem quippe mortificat, qui iustum damnat: & non victurum vivificare nititur, qui reum à supplicio absolvere conatur. Causa ergo pensanda sunt, & tunc ligandi atque solvendi potestas exercenda. Videndum

a Matth. 10. b Rom. 10. c Aug. lib. 12. c. 67. Psal. 119. tit. 1. sine auctori nomine. d Rom. 3. e Aug. de baptismo contra Donatistas, l. 3. c. 18. f Prov. 26. sed paulo aliter. g al. iudicet. h. al. iudicet. i. c. 3. Pam. l. 5. c. 25. 29. & 30. h. al. hac ipsa. i. 19. qd. ipse ligandi. k sup. end. iudicare. l Eccl. 3.



est, quæ culpa præcessit a & quæ sit poenitentia secuta post culpam: ut quos omnipotens Deus per compunctionis gratiam visitat, illos pastoris sententia absolvat. Tunc enim vera est absolutio, &c. *infra.* ¶ Ex qua consideratione intuemus est, quod illos nos debemus per pastoralem auctoritatem solvere, quos auctorem nostrum cognovimus per fuisse gratiam vivificare. *infra.* ¶ Veniat itaque foras mortuus, id est, culpam constituit peccator. Venientem vero foras solvant discipuli: ut pastores ecclesie ei poenam debeant movere, quam meruit, qui non erubuit confiteri quod fecit. ¶ Hæc de solutionis ordine breviter dixerim, ut sub magno moderamine pastores ecclesie, vel solvere studeant, vel ligare.

C. LXXXIX. ¶ *Viribus caret sententia iniuste prolata.*

Item Calixtus Papa epist. 1. ad Benedictum Episcopum.

Injustum est iudicium, & desinitio iniusta, Regio metata, aut iusta, aut cuiuscunque Episcopi; aut potentis, a iudicibus ordinata vel acta, non valet. ¶ Homini religioso parum esse debet inimicitias aliorum non exercere, vel non augere male loquendo, nisi etiam eas extinguere bene loquendo studuerit. ¶ Melior est in malis factus humilis confessio, quam in bonis superba gloriatio.

C. XC. ¶ *Premium meretur, qui iniuste maledicitur.*

Item Augustinus super Psal. 111. ad vers. [Faciem misericordias Dominus.]

¶ *Vi iustus est, & iniuste maledicitur, præmium illi creditur.*

Hic est, ut dicitur, non tenetur ligatus apud Deum, sententiam non parere debet: ne ex superbia ligetur, qui prius ex puritate angustiam abstulit ut tenebatur.

C. XCI. ¶ *Non est obediendum Episcopo, qui prohibetur ad hanc canere jubet.*

Unde Eutychanus 1. Papa ait.

¶ *Quis Episcopus aut Abbas Presbytero, aut monacho suo iusserit, Missas pro hæretico 2. cantare, non licet, & non expedit obedire eis.*

¶ Eutychanus [Birchardus & Ivo referunt ex Eutychanio similitate hoc, &c. si quis, 2. q. 1. quod tamen Gratianus citat re. lulu.]

C. XCII. ¶ *Præceptum non obedire multis expedit.*

Item Augustinus.

¶ *Non est semper malum est non obedire præcepto: cum enim Dominus jubet ea, quæ sunt contraria Deo, tunc non obediendum non est.*

¶ Hæc capta partim verba ipsa, partim sententia habentur apud beatum Ambrosium, lib. de Paralyt. c. 6.

C. XCIII. ¶ *De eodem.*

Item Hieronymus in epist. ad Titum e. c. 2. des. [Sævis Dominus suis subditis sim.]

¶ *Si Dominus ea jubet, quæ non sunt adversa scripturis sanctis, subiciatur servus Domino. Si vero contraria præcipit, magis obediatur spiritui, quam corpori Domino. & infra. 23. ¶ Si bonum est, quod præcipit Imperator,*

tor, & præses, iubentis obsequere voluntari: si vero malum, responde ei illud de actibus Apostolorum a: [Obedire oportet Deo magis, quam hominibus.] Hoc ipsum & de servis intelligamus apud Dominos, & de uxoribus apud viros; & de filiis apud parentes: quod in illis tantum debeant Dominis, viris, parentibus esse subiecti, quæ contra Dei mandata non veniant.

C. XCIV. ¶ *Non sunt audiendi, qui contra Deum aliquid iubent.*

Item Ambrosius:

¶ *Julianus & Imperator, quamvis esset apostata, habuit tamen sub se Christianos milites: quibus cum dicebat, producite aciem pro defensione reipublicæ, obediabant ei. Cum autem diceret eis, producite arma in Christianos, tunc cognoscebant Imperatorem cœli.*

¶ Infra eadem c. Imperatores. 1. Julianus. habetur hæc sententia: fortasse, ex eo loco mutatis verbis, confectum est hoc capitulum.

C. XCV. ¶ *Non iubet aliquid iniustum, qui Deum timere probatur.*

Item Fabianus Papa, epist. 2. omnibus Episcopis.

¶ *Vi omnipotentem Deum metuit, nec contra Evangelium, nec contra Apostolos, nec contra Prophetas, vel sanctorum Patrum instituta aliquid ullo modo agere consentit.*

C. XCVI. ¶ *Et qui peccat, & qui peccanti consentit, uterque reus est.*

Item Nicolaus Papa Lothario Regi.

¶ *Ta e corporis tui cedere motibus consentisti, & relaxatis voluptatum habenis temeripsum in lacum miseris, & in lutum facis prohibitum dejecisti, ut qui peritus fueras ad gubernationem populorum, effectus sis ruina multorum. Probat hoc Thiegualdi d, & Guntharii dudum Episcoporum legitimus casus: qui pro eo, quod te mirum competentem erudierunt, quinimo quia pravariationem tuam tegere argumentis suis, & subquadam iustitia specie, facatis quibusdam exquisitis ad inventionibus, æquitatem obruere studuerunt, nostra sunt Apostolica deposita auctoritate, & ab omni Episcopatus regimine regulariter sequestrati.*

C. XCVII. ¶ *De eodem.*

Item Augustinus sermone 6. de verbis Domini.

¶ *Vi resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Sed quid si illud iubeat, quod non debeas facere? Hic sane contemne potestatem, timendo potestatem. Ipsos humanarum legum gradus advertite. Si aliquid iusserit curator, nonne faciendum est? tamen, si contra proconsul h iubeat, non utique contemnis potestatem, sed eligis majori servire. Nec hinc debet minor irasci, si major præliata est. Rursus si aliquid ipse proconsul iubeat, & aliud iubeat Imperator, nunquid dubitatur illo contempto, illi esse servendum? Ergo, si aliud Imperator, & aliud Deus, quid iudicatis? Solve tributum: esto mihi in obsequium: recte, sed non in idolo. In idolo prohibet. Quis prohibet? Major potestas. Da veniam: tu carcerem, ille gehennam minatur. Hic jam tibi assumenda est fides tua tanquam scutum, in quo possis omnia ignita jacula inimici extinguere.*

¶ Emendatum & locupletatum est caput hoc ex ipso originali.

C. XCVIII. ¶ *De eodem.*

Item Donatistis, epist. 166.

¶ *Imperatores & si in errore essent, (quod ablit) pro errore suo contra veritatem leges darent, per quas iusti*

a *Alit ab orig. b Sup. ead. tunc vera. c 25. q. 2. omne. 6. inquit. ex Marcelino, in c. Hadrian. cap. 78. ead. lib. 5. c. 251. Burch. 1. 1. c. 1. Ansel. 1. 3. c. 84. Ivo p. 5. c. 128. & p. 16. c. 9. d Polye. 1. 7. tit. 9. Burch. 1. 1. c. 201. Ivo p. 1. c. 117. e Ansel. lib. 13. c. 26. Polye. lib. 11. tit. 11.*

& probarentur, & coronarentur, non faciendum quod illi juberent, quia Deus prohibet. Sicut jussit Nabuchodonosor, ut aurea statua adoraretur: quod qui facere noluerunt, Deo talia prohibenti placuerunt. Quando autem Imperatores veritatem tenent, pro ipsa contra errorem jubent. Quod quisquis contempserit, ipse sibi iudicium acquirit. Nam & inter homines penas luit, & apud Deum sortem b non habebit, quia hoc facere noluit, quod ei per cor Regis ipsa veritas iussit: sicut ipse Nabuchodonosor postea miraculo salutis trium puero- rum commotus, atque mutatus, pro veritate contra errorem edictum proposuit, ut quicumque blasphemarent Deum Sidrac, Misac, & Abednego, in interitum irent, & domus eorum in dispersionem. Et non vultis, ut aliquid tale contra vos jubeant Imperatores Christiani, cum sciant a vobis in eis, quos rebaptizatis, Christum sufflati? Idem in Psalms. c. ¶ Julianus exiit infidelis Imperator. Nonne exiit apostata, iniquus, idolo- latra? Milites Christiani servierunt Imperatori infide- li. Vbi veniebat ad causam Christi, non agnoscebant, nisi illum, qui in caelo erat. Quando volebat, ut idola colerent, ut thurificarent, praeponebant illi Deum. Quando autem dicebat, producite aciem, ipe contra il- lam gentem, statim obtemperabant. Distinguebant Dominum aeternum a Domino temporali: & tamen subditi erant propter Dominum aeternum etiam Domi- no temporali.

C. XCIX. ¶ Ter obedientiam bonum deserere, malum vero nunquam facere licet.

Item Gregorius, c. 12. lib. 31. in Job.

Quid ergo mirum, si homo peccator se obedientiam praesentis vitae brevitate subijcit, quando hanc mediator Dei & hominum tenuit i, & tenendam praecipit, & cum obedientes remunerat, non relinquit? Sciendum vero est, quod nunquam per obedientiam malum fieri, aliquando autem per obedientiam debet bonum, quod agit, intermitteri. Neque enim in paradiso arbor mala exiit, quam Deus homini, ne contingeret, interdixit: sed ut melius per obedientiam meritum homo bene conditus cresceret, dignum fuerat, ut hunc, etiam a bono prohiberet: quatenus tantò verius hoc, quod ageret, virtus esset, quanto & a bono cessans auctori suo se subditum humiliter exhiberet.

¶ Tenuit, & tenendam praecipit. Hac absunt à ple- risque manuscriptis, & ab originali. Simile quiddam legitur apud B. Augustinum, sermons. ad fratres in eremo. Nec mi- rum, inquit, si nos peccatores obedientiam subijcimus, quando hanc mediator Dei & hominum etiam in mor- te non deseruit, & ei se subijcit, qui per omnia erat patri aequalis.

CAP. C. ¶ Apud Deum maledicetur, qui peccantibus consentit.

Item Isidorus.

Qui d consentit peccantibus, & defendit alium de- linquentem, maledictus erit apud Deum, & homi- nes, & corripietur increpatione severissima. Hinc etiam quidam sanctissimus Pater ait. Si quis peccantem defendit, acritus quam ille, qui peccavit, coereatur. Hinc & alius Pater ait. Si quis alterius errori consenserit, & illi consilium dederit, ut se tardius humiliter, sciat se cum il- lo simili modo iudicandum culpabilem.

¶ Prima pars huius capituli usque ad vocem, severissima, habetur in regula beati Pachomii, Roma edita. Totum verò ex- rat apud Smaragdum in expositione regulae beati Benedicti, cap. 69. Citat autem Basilius, quemadmodum & Burchardus, &

a Daniel. 3. b al. fontem. c In Psal. 124. ad ver. Quom- am non derelinquit. d Beda ad Epistolam. e Smaragdus c. 69. Anf. l. 12. q. 3. Burch. l. 11. c. 46. l. 10 p. 14. c. 110.

l. 10: & sensus est in regulis ipsius Basilii brevioribus, regula septima.

C. CI. ¶ Non est obedendum, quod contra Deum praecipitur.

Item Isidorus.

His, qui praest, fecerit, aut cuiquam quod a Domino prohibendum est, facere iusserit, vel, quod praecipitur est, praeterierit, aut praeterire mandaverit, sancti Pauli Apostoli sententia ingerenda est, dicentis. [Etiam si nos, aut Angelus de caelo evangelizaverit vobis, praeter- quam quod vobis evangelizavimus, anathema sit.] Idem. ¶ Si quis i prohibet vobis, quod a Domino praecipitur est, vel rursus imperat fieri, quod Dominus prohibet, execrabilis sit omnibus, qui diligunt Deum. Item. ¶ Is, qui praest, si praeter voluntatem Dei, vel praeter quod in sanctis scripturis evidenter praecipitur, vel dicit aliqui, vel imperat, tanquam falsus testis Dei, aut facilligus ha- beatur.

¶ In regulis brevioribus B. Basilii, c. 114. & 323. simillima leguntur hae omnes, quae in hoc capite continentur.

¶ Si quis prohibet. In lib. Basilii de infinitis monachorum, Rufino interprete, fere eadem habentur, c. 14. quemadmodum ultimus vers. is qui praest. ibid. c. 16.

¶ Cum ergo subditi excommunicantur ideo, quia ad malum eum non possunt, tunc sententia non est obedendum: quia juxta illud Gelasii b [Nec apud Deum, nec apud ecclesiam eius, quae imperat gravat iniqua sententia.]

¶ 8 pars. Quod autem supra, communicante excommunicato de ecclesia abijci jubentur, non de quolibet modo communicante intelligendum est.

C. CII. ¶ De his, qui cum excommunica- tis communicant.

Unde Nicolaus Papa Hincmaro Rhemorum Ar-chiepiscopo.

Excellentissimus Rex Carolus Apostolorum nostrorum confuluit, quid agendum sit de his, qui communicant cum his, qui cum Engeltrude d saepe damnata fornicantur communicant: quoniam eam cum communicatoribus suis, & fautoribus pari vinculo anathematis conlata esse astricam. Quapropter nunc beatitudini tuae injungimus, ut super hoc nostra auctoritate fretus, curam de his sumere studeas: quia docta divinitus sancturas tua valde novit, aliud esse ex necessitate, aliud ex ignorantia, atque aliud, quod ex studio delinquitur, istudque posterius duobus prioribus distinctius esse puniendum: idcirco solerter invigilet, & cauta discretionem singulorum modos dijudicet: quatenus, qui ex necessitate, aut ignorantia delinquant, auctoritate nostra per te absolvantur: si tamen ipsa eorum ignorantia, vel necessitas, vera, & non simulata, vel non ex voluntate processerit: quia, ut bene nosti, plerique sunt, qui possunt quidem, sed nolunt recta nosse. Unde psalmista e de huiusmodi [Noluit, inquit, intelligere, ut bene ageret.] Illos autem, qui studio suo obligantur, & contempnunt interdita nostra postponunt, non nisi digna satisfactione praeveniente voluimus a te profus absolvi.

C. CIII. ¶ De his, qui sine culpa excommuni- catis communicant.

Item Gregorius VII. lib. 3. Regesta in concilio Roma habitis.

Quoniam s multos peccatis nostris exigentibus pro causa excommunicationis perire quotidie ce- nimus, partim ignorantia, partim nimia simplicitate, partim timore, partim etiam necessitate, devicti mis-ericordia, anathematis sententiam ad tempus, prout pos- sumus, opportune temperamus. Apostolica itaque au-

a Galat. 5. b Sup. c. cui est illata. c l. 10 p. 14. c. 46. Pan- 15. c. 106. d B. Greg. l. 24. mor. cap. 16. e Psal. 1. l. 10 p. 14. c. 43. Pan. l. 1. c. 115.

Fortitate ab anathematis vinculo hos subtrahimus: videlicet uxores, liberos, servos, ancillas, seu mancipia, nec non rusticos ferventes, & omnes alios, qui non adeo cavales sunt, ut eorum consilio scelera perpetrentur, & eos, qui ignoranter excommunicationis communicant, sine illis qui communicant cum eis, qui excommunicationis communicant. Quicumque autem orator, sive peregrinus, aut viator in terram excommunicatorum devenit, ubi non possit emere, vel non habeat unde emat, ab excommunicationis accipiendi licentiam damus. Et si quis excommunicationis non in sustentationem superbia, sed humanitatis causa dare aliquid voluerit, non prohibemus.

C. CIV. ¶ De Beneficio, qui excommunicatus, & Pseudoepiscopi se non communicatum juravit.

Leon Bonifacius Martyr Zacharia Papa in epist. qua incipit [Paterna.]

A Necessoribus prædecessoris vestri venerandæ memoriæ Gregorius, dum me indignum ordinavit, & ad prædicandum verbum Dei Germanicis gentibus misit, sacramento me constrinxit, ut canonicis, & iustis Episcopis, & Presbyteris, in verbo, factu, consensu, astipulator fecerem, & adiutor. (quod cum divina gratia adimplere studui) falsos autem facerdotibus, hypocritas, & seductores populorum, vel corrigere ad viam salutis, vel declinare & abstinere in communione ipsorum: quos ex parte servavi, & ex parte custodiare & implere non potui: sed spiritualiter implevi sacramentum, quia in consensu, & in consilio eorum non venit anima mea, corporaliter autem ab eis omnino abstinere non potui. Dum enim venissem ad Principem Francorum, cogente ecclesiarum necessitate, non tales ibi reperi, quales volui: sed tamen in sancta communione corporis Christi illis non communicavi.

¶ Et Pseudoepiscopis.] Hic in aliquis vetustis antea legentibus, excommunicatis à Pseudoepiscopis.

¶ Epistola, in qua habetur capitulum hoc, edita est per Laurentium Suran in vita sancti Bonifacii legati Germanis, & martyri. Emendatæ autem extat manuscripta Roma in bibliotheca monasterii Dominici.

C. CV. ¶ Excommunicatus non communicat, qui et animo non consentit.

Leon Zacharias Papa Bonifacio martyri in epistola qua incipit [Benedictus Deus.]

QUOD prædecessor noster beate memoriæ Gregorius, huius sanctæ sedis Apostolicæ præsul, dum ad prædicandum verbum Evangelii tuam misisset fratrem nostrum in Germaniæ partibus, & gentibus illis paganis, verbo pollicitationis illam voluit ante esse munitam: et ita orthodoxos Episcopos, Presbyteros, vel quoscumque repetere potuisses in verbo exhortationis perfectos, amplius confirmare, & eis communicare (quod & factum est): si quos vero seductores Episcopos, aut Pseudoepiscopos, vel quosque à recto fidei tramite deviantes reperisses, nulla tibi cum eis esset communio: quod te, sollicitate Deo, usque ad præsens spiritualiter servasse confessus es: vel, si omnino propter Principalem & humanum favorem gentis Francorum, dum ad eos accessisses, corporaliter abstinere non valuisti, cogente ecclesiarum Dei necessitate, attamen in eorum consilio, & consensu communionis anima tua non est conquinata: itaque propter hoc, quod cum eis contubili est detrimendum coram Deo.

¶ In epistola præcedenti hæc verba, Suggesti itaque sanctis fraternitas tua in suis apicibus, quod prædecessor noster, &c.

a. aliam sustentationem, non superbia. b. Ivo p. 2. c. 95. c. Gen. 49. d. Ivo p. 1. 94. e. al. monitum.

9 pars. Excommunicatus autem forma, & modus, atq; reconciliationis hic est.

C. CVI. ¶ Modus, & forma excommunicationis.

DEBENT a duodecim sacerdotibus Episcopum circumflare, & lucernas ardentis in manibus tenere, quas in cœlutione anathematis, vel excommunicationis proferre debent in terram, & conculcare pedibus: deinde epistola per parochias mittatur, continens excommunicatorum nomina, & causam excommunicationis.

Apud Burchardum & Ivonem ea, qua in hoc capite continentur, & multa alia eodem pertinentia, citantur ex concilio Rothomagensi. In collectione vero canonum incerti auctoris manuscripta, isdem verbis quibus hic, refertur ex Zacharia Papa.

C. CVII. ¶ De eodem. Item ex concilio Arausico.

CANONICA b instituta, & sanctorum Patrum exemplæ sequentes, ecclesiarum Dei violatores, auctoritate Dei, & iudicio sancti Spiritus à gremio sanctæ matris ecclesiæ, & à consortio totius Christianitatis eliminamus, quoad usque resipiscant, & ecclesiæ Dei satisfaciant.

1. ¶ Violatores.] In eadem collectione, & apud Burchardum, & in duobus vetustis Gratiani codicibus sequitur. N. Ab aliis tamen Gratiani exemplaribus, & ab Ivone abest hæc ista.

C. CVIII. ¶ Modus reconciliationis excommunicatorum. Item ex eodem.

CUM c aliquis vel excommunicatus, vel anathematizatus, poenitentia ductus veniam postulat, & emendationem promittit, Episcopus, qui cum excommunicatus, ante januas ecclesiæ venire debet, & duodecim Presbyteri cum eo, qui cum hinc inde circumflare debent. Et si ille terræ prostratus veniam postulas, & de futuris cautelam sponder, tunc Episcopus apprehensa manus ejus dextera, in ecclesiam illum introducat, & communioni Christianæ reddat, & septem Psalmos poenitentiales decanter, cum istis precibus, Kyrie eleyson, Paternoster, Salvum fac servum tuum. Oratio, Præsta quaesumus Domine huic famulo tuo dignum poenitentis fructum, ut ecclesiæ tuæ sanctæ, à cuius integritate deviarat peccando, admissorum veniam consequendo, reddatur innoxius, per, &c.

1. ¶ Debent.] Apud Burchardum, qui etiam ex concilio Arausico citat hæc sequuntur. Vbi etiam adesse debent illi, quibus injuria vel damnum illatum est, & multa alia, qua omnino perlegendæ sunt.

10 pars. Presbyteri vero, qui excommunicati sacrum ministerium contingere præsumunt, qua poenitentia sit imponenda, Ioannes VIII. clero & ordini Salontano d. scribens, definit, dicens.

C. CIX. ¶ Quæ sit poenitentia sacerdotum, qui excommunicati, sacrum ministerium contingere præsumunt.

DE illis Presbyteris, qui tempore sanctissimi prædecessoris nostri Domini Papa Nicolai excommunicati sacrum ministerium f. contingere præsumpserunt, ipsi in se damnationis (sicut sacri canones statuerunt) sententiam intulerunt. Tamen, quia misericordia Apostolica veniam solet præstare correctis, ob multitudinem misericordiæ illis hæc indulgentiam exhibemus: ut sancta communione saginati, studeant tribus continuis annis per hebdomadam omni s. secundâ, &c.

a. Burchard. lib. 11. cap. 3. Ivo part. 1. 4. c. 76. b. Burch. lib. 11. cap. 7. Ivo part. 3. cap. 126. c. Burch. lib. 11. cap. 8. d. al. de a. Iermiano. e. Ivo part. 1. 4. cap. 35. Patrum lib. 5. c. 104. f. al. mysterium.

quarta, & sexta feria à 2. vino & à carne penitus jejunare, & ultra lugenda nequaquam committere.

1 ¶ **Omni secunda**] Apud *Lyppem*, & in aliquot vetustis *Gratian* exemplaribus legitur, omni secunda, & sexta feria: in uno autem, omni quarta, & sexta feria.

2 ¶ **A vino**] In *Pannormia* est, aut à vino, aut à carne: apud *Roem*, à vino aut aceto.

Qui autem excommunicati communicant, pro modo peccati poenitentiam accipiant.

C. CX. ¶ **Tro modo peccati poenitentur**, qui excommunicati communicant.

Unde *Urbanus II.* *Generaldo* à *Constantiensi* Episcopo.

Sanctis b quippe canonibus cautum constat, ut qui excommunicatis communicaverit, excommunicetur. Ipsius tamen poenitentia, atq; absolutionis modos eo moderamine decernimus, ut quicunq; seu ignorantia, seu timore, seu necessitate negotii cuiusquam maximi, & maxime necessarij, eorum se convictu, salutatione, oratione, osculatione d contaminaverint, cum minoris poenitentia medicina societatis nostrae participatione confortantur. Eos vero, qui aut spontaneè, aut negligenter incidierint, sub ea volumus discipline coercitione suscipi, ut ceteris metus incutiatur.

CAUSA XII.

Vidam clerici propria relinquere volunt: de suis & ecclesie rebus testamentum faciunt: de rebus ecclesie nulla largiuntur.

1 **Modo primum** quaritur, utrum liceat clericis proprium habere.

- 2 **Secundo**, an res ecclesie, quae ab eis data sunt, possint constare aliqua firmitate eis, qui eas acceperunt.
- 3 **Tertio**, si ante tempus ordinationis sua, qui nihil habere videbantur, & post ordinationem aliqui invenisse noscuntur, an possint ea relinquere quibus valuerint: an non.
- 4 **Quarto**, si de suis & ecclesie rebus aliqua acquisisse noscuntur, an utrique communitur, an singulariter ecclesie, vel sacerdoti, iure proveniant.
- 5 **Quinto**, si testamenta a liceat eis conficere.

QVAESTIO I.

Clericos nihil possidere, multis auctoritatibus jubetur.

C. I. ¶ **Impuberes, & adolescentes in uno conclavi manentes**, probatissimo seniori deputentur.

An enim *Toletanum* concilium quartum c. 23.

Omnia h aetas ab adolescentia, in malum prona est. Nihil enim incertius, quam vita adolescentium. Ob hoc constituere oportuit, ut si qui in clero impuberes, & aut adolescentes existunt, omnes in uno conclavi atri commaneant, ut lubrica aetatis annos, non in luxuria, sed in disciplina ecclesiastica agant, deputari probatissimo seniori, quem & magistrum disciplinae, & testem vita habeant. ¶ Quod si aliqui ex his pupilli existunt, sacerdotali tutela foveantur: ut & vita eorum à criminibus intacta sit, & res ab injuria improborum. Qui autem his praeceptis resultaverint, monasteriis deputentur, ut vagantes animi, & superbi, severiori regula stringantur.

a. al. Gebardo. b. *luc p. 14. c. 45. Pann. l. 3. c. 107.* c. al. ipsi. d. al. osculatione. e. al. participium. f. al. coereone. g. al. approbatur. h. *Anf. l. 7. c. 1.* i. *Gen. 6. & 8. Prover. 30.* k. al. puberes. l. al. commorentur.

C. II. ¶ **Omnibus clericis communis est vita servanda.**

Item *Clemens* in epist. 1.

Dilectissimis a fratribus & discipulis, Hierosolymis cum dilectissimo fratre *Iacobo* Coepiscopo habitantibus, *Clemens* Episcopus. Communis vita, fratres, omnibus necessaria est, & maxime his, qui Deo irreprehensibiliter militare cupiunt, & vitam Apostolorum, eorumque discipulorum imitari volunt. ¶ Communis enim usus omnium, quae sunt in hoc mundo, omnibus esse hominibus debuit. Sed per iniquitatem alius hoc suum esse dixit, & alius illud, & sic inter mortales facta divisio est. ¶ Denique Graecorum quidam sapientissimus, haec ita sciens esse, ait, communia debere esse amicorum omnia. [In omnibus tamen sine dubio & conjuges.] Et sicut non potest, inquit, dividi aer, neq; splendor solis; ita nec reliqua, quae communiter in hoc mundo omnibus data sunt ad habendum, dividi debent, sed habenda esse communia. Unde & Dominus per prophetam b loquitur, dicens: [Ecce quam bonum, & quam jucundum, &c.] ¶ Illius enim consuetudinis more tenent, etiam Apostoli s, eorumque discipuli, ut praedictum est, unq; nobiscum & vobiscum communem vitam duxere. Unde, ut bene nostis, erat multitudinis eorum cor unum, & anima una: nec quisquam eorum, aut nostrum de his, quae possidebat, aliquid suum esse dicebat: sed omnia illis & nobis erant communia; nec quisquam egens erat inter nos. ¶ Omnes autem, qui domos, vel agros possidebant, vendebant eos, & pretia eorum, & reliquas res, quas habebant, afferebant, ponentes ante pedes Apostolorum, d (sicut nobiscum quidam vestrum cognoverunt, & viderunt:) & dividebantur singulis prout cuique opus erat. ¶ *Ananias* autem vir subditus, & *Sapphira* uxor ejus, qui mentiti sunt Apostolos de pretio agrorum suorum, quos vendiderant, nobis praesentibus, in conspectu omnium circumstantium, in conspectu Apostolorum propter peccatum eorum, & mendacium, quod fecerunt, mortui elati suntambo cetera, quae de talibus cognovimus, & vidimus, nec recodatione, nec demonstratione digna sunt. Quae propter hac vobis cavenda mandamus, & doctrinis, & exemplis Apostolorum obedire praecipimus: quia hi, qui mandata eorum postponunt, non solum rei, sed extores sunt. Quae non solum vobis cavenda, sed & ceteris praedicanda sunt. ¶ Unde consilium dantes, vestram prudentiam hortamur, ut ab Apostolice rogulis non recedatis: sed communem vitam ducentes, & scripturas sacras recte intelligentes, quae Domino vobis, adimplere satagatis.

¶ In omnibus autem sunt sine dubio & conjuges. Verba haec absunt ab originali, in recentioribus conciliorum editionibus impresso, & duplus ipsius manuscripti codicis, uno *Vaticano*, altero *bibliotheca sancti Marci Florentia*, & ab *Anselmo*. Hanc vero sententiam à Platone acceptam, haereticus quidam *velociter Christianam religionem turbare*. Ita enim scribit *Epiphanius* *lib. 32.* Primum quidem, quod ipse *Epiphanius* cum patre suo, & *secta Antistite Carpocrate*, ac sodalibus ejus communes esse hominum uxores sancivit, ex *Plat.* de republ. libris occasione nactus, & propriam concupiscentiam perficiens. Verum apud veteres enim Christiani, haec uxorum communione vehementer damnari solitam, *Tertullianus* in *Apologetico* evidenter testatur, his verbis. Omnia indistincta sunt apud nos, praeter uxores. In illo loco confortium solvimus, in quo solo ceteri homines confortium exerceant qui non amicorum solum modo matrimonia usurpant, sed & sua amicis patientissime subministrant, ex illa cetero majorum, & sapientissimorum disciplina, Graeci *Stocratis*, & Romani *Catonis*, qui uxores suas amicis communicaverunt, &c.

a. *Anf. ibid.* b. *Psal. 92.* c. *Alf. 4.* d. *Alf. 5.* c. III.